VITT. EMANUELE
C

68
13 C
82

Politici

2-13-E-82
1

RAINALDI CORSI IVRECONSVLTI

DE PRIVATA RECONCILIATIONE LIBER,

QVI PRIDEM ETHRVSCVS, NVNC VERÒ IN LVCEM LATINVS EXIT.

Romæ apud Antonium Bladum Impreſſorem Cameralem.

M. D. LXIII.

PIO IIII. SVMMO PONT.

R. Corſus Iuriſconſul.

DVM Tu Beatiſſime Pater Atlante firmius,& Hercule mundum ſuſtines, nutantemq; iam iam, ac propè cadētem reſtituere conaris, vniuerſali ſancto reſerato Concilio, hæc ego mole rerum vacuus pro meis viribus exiguis de priuata reconciliatione diſſerui (vetere ſanè argumento, ſed nouo ſtylo, vt qui id ipſum Thuſcis antè tractarim literis)tuoq; nomini,cū vulganda eſſent, humiliter dicare conſtitui. Ipſe enim(vt de te,qđ conuenit,diuino potius, quàm humano ore loquar) Princeps es Pacis, pater ſeculi, magni conſilij ANGELVS. Nec ſine admirabili quidem myſterio (quem ad modum reor) PII, QVARTIQ. nomē adeptus es,vt cuius vices apud nos geris, eum literis, ac numero referas, et ſummæ titulo virtutis æques.

Serus in Cælum redeas,diuq;
Lætus interſis populo Quirini.
Néue te noſtris vitijs iniquum
Ocyor aura
Tollat. Corrigij. Cal. Ian. M.D.LXI.

Lectori S.

Non hæc Spartani ſunt horrida iuſſa Lycurgi,
Sed pia Romani dogmata Pompilij.

Series Capitum.

Procœmium.
Inuocatio.
Ex quo iuris fonte emanet Pax,eamq́; Iuriſconſultorum propriam tractationem eſſe. Cap. I.
Vnde Recōciliatio dicta,eamq́; rectā,& fauore dignā eſſe,neq; à CHRISTI religione abhorrere. Cap.II.
Quo primùm autore Reconciliatio inuenta. Cap. III.
Quid ſit Reconciliatio. Cap. IIII.
Aequalitatem quæ dirimant,& quid ſit Iniuria.Cap.V.
Quotuplex,& cuiuſmodi ſit Iniuriæ ſignificatio. C.VI.
De Vindictæ modo. Cap.VII.
De mediis Reconciliationis,ſiue de pacificandi ratione. Cap.VIII.
Remiſſio quid,curq́: ita vocata. Cap.IX.
Ipſam remiſſionem nobiliorem,ſæpiusq́; cæteris omnibus vſurpatā,quæ in pacificationibus obtingūt. C.X.
Faciliorem eſſe in Factorum,quàm in verborum iniuriis,pacificandi rationem. Cap.XI.
Verba facilius factis irrita,nullaq́; conſtitui. Cap. XII.
Quatenus Remiſſioni tribuatur,& an ei, qui ſe remittit, vlla vti defenſione aliquando liceat. Cap.XIII.
Ex quibus cauſis intermittatur publica vtilitas.C.XIIII.
Operis cōcluſio,& cur in Reconciliatione ora, manusq́;, et dextræ potius, quàm ſiniſtræ iungantur. Cap.XV. ac vltimum.

CHRISTI Charitas tàm latè patet, vt dubiũ nõ ſit hanc nobis vnã, qui in eius verba iurauimus, ad ſummã conſequendam lenitatẽ abundè ſufficere, modo in officio perſtare libeat, remq́ue nomini conformare.[a]

Sed quem ſic ardens euexit ad æthera virtus?[b]

Eo licẽtiæ mala noſtra ingenia proceſſerũt, vt quia ſæpiſſimè ex priuatis iniuriis ad ſingulare certamẽ deſcenſum ſit, hac de re multi,[c] tanquã de iuris aliquo pręcepto, cõtra ius, faſq; omne auſi ſint decernere, quæ de facto fiunt, ad cauſſam iuris trahẽtes, vt ipſi inquiunt.[d] Quibus ſi id licuit, me quis priuatas recõciliationes tractãtẽ arguet?[e] Priuatas inquã, quod Iurecõſulto ſatis ſit leges, & cõſuetudines, quibus priuati in ciuitate vtuntur, noſſe, atq; docere,[f] quodq; mihi Duellũ, cui hæ opponuntur, ob oculos poſui. Quanq̃ autẽ illas ita ſum definiturus, vt publicis, priuatiſq; eadẽ definitio cõueniat, priuatarũ tamẽ modos duntaxat ſequar, quod de Cõuentione[g] legiſlator, deq; Iuris partibus[h] fecit. Et publica quidem recõciliatio illa eſt, quæ inter Duces belli fit, priuata, quæ inter priuatos.

a § Eſt et aliud. Inſtit. de dona.
b Aen. 6
c Puteus, Lignanus, Iac. à Caſtillo, Alciatus Iurecoſſ. Poſſeuini fratres Philoſophi, atque alii cõplures.
d Alcia. pro Caninio lib. Reſpõ. v.
e Plato de legib. i.
f Cic. in Top. & de orat. lib. i. Tacit. de orat.
g L. v de pac.
h L i §. Priuatũ. de iuſt. & iur.

INVOCATIO.

QVONIAM vero, vt à præclariſſimis æmulis Xenophonte[a] atq; Platone[b] traditum eſt, omnibus in rebus, & dicendis, & cogitãdis principium ſemper à DEO eſt faciendum, à quo principiũ cogitãdi, dicẽdi, agendi, omneſq;, quotquot fuere mẽtis cõpotes, in operis cuiuſq; magni, ſeu parui initio id pręſtitere, vnde & Demoſthenes,[c] qui Platonis diſcipulus fuit,[d] ad S.P.Q. Ath. de Concordia ſcribens, & Iuſtinianus leges cõpoſiturus inuocauit; Horũ ego monita, & exẽpla ſequutus precor ſummã, atq; Sanctiſſimã TRINITATEM, vt qđ chriſtiano populo vtiliſſimũ

a In Oecon.
b Epiſtola. 5. & in Timæo.
c Epiſtola. i.
d Cic. in Bruto, Suidas, Plutarch. & alij.

futurũ ſit, id nunc, & poſthac mihi veniat in mentem ſcribere, Chriſtianisq́; ipſis opportunè decernere. Sic me diuina vis moueat, vt de Magnete lapide dicitur,[e] qui non ſolùm ferreos annulos trahit, ſed vim etiam annulis ipſis infundit, qua perindè ac lapis, alios annulos trahere poſſint. Hæc prçcatus cum ſpe mihi diuinitus aliquid boni veniſſe in mentem ſic ſcribo.

e Plato in Ione.

Ex quo iuris fonte emanet Pax, eamq́; Iuriſconſultorum propriam tractationem eſſe. Cap. I.

PRincipio rerum ſumma Pax fuit. Nàm vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona.[a] Nec fas eſt, nec vnq̃ fuit quicq̃, niſi pulcherrimum facere eũ, qui eſſet optimus.[b] Et (quod ſummum bonũ Stoici dixere) Natura cum virtute congruit ſemper.[c] Bellũ autẽ per Antiphraſin dictum eſt, tanq̃ minimè bonũ, ſiuè vt alij exiſtimauerunt, à belluis.[d] Propterea Plato.[e] Nec bellum optimum eſt, nec ſeditio, omnes enim deprecantur, ne quid horũ ſibi ineundum ſit, ſed Pax, mutuaque beneuolentia: Et Flaccus in carmine.[f]

Bellaq́; matribus Deteſtata. Hinc ætas illa prior Aurea eſt appellata, Quæ vindice nullo, Sponte ſua ſine lege fidem, rectumq́; colebat.[g] Proinde Tacitus,[h] Vetuſtiſſimi, inqt, mortaliũ nulla adhuc mala libidine ſine ꝓbro, ſcelere, eoq́; ſine pœna, aut coercitionibus agebant, neq́; prçmiis opus erat, cùm honeſta ſuopte ingenio peterentur. Atq́; idem alibi.[i] Quis ignorat vtilius, ac melius eſſe frui Pace, quàm bello vexari? Sed & ſi quẽ naturæ impulſum legem nominare licet, his finibus continetur.[k] Honeſtè viuere, Alterum non lædere, ius ſuũ cuiq́; tribuere. Quç ſunt Pacis firmamẽta à Cicerone in Officijs[l] latè tractata. Palã eſt illud Liuij in oratione Camilli ad Faliſcorũ legatos.[m] Nobis cum Faliſcis, quç pacto fit humano, ſocietas non eſt, quam ingenerauit Natura, eſt, eritq́;. At amplius ex reſponſis Prudentum

a Gen. i.
b Cic. de vniuerſitate.
c Idem off. lib. iii.
d Datbus de 9. verbis.
e De legib. i. Conuenit Tex. in aut. de armis. in prin. coll. vi.
f Ode i. lib i.
g Ouid. Met. i.
h Annal. iii.
i De orat.
k §. iuriſ. inſti. de iuſt. & iur.
l Lib. i. & ij.
m Dec. i. lib. iij.

dentum nonne liquet Pacē iuris Naturæ eſſe, cū bellum aiunt prodijſſe à iure gentium, [n] quod illo iure poſterius eſt? Ergo antè Pax fuerat. [o] Quid Deū ſummum, atq; incomprehenſum dicam? Qui cùm ſit ἀπ' ἀρχῆς, ϗ πρὸ τῶν αἰώνων, non belli dicitur Deus, ſed Pacis. [p] Ipſo præterea vſu rerū magiſtro quottidiè diſcimus (quod Florentinus ait [q]) cognationem quandam inter nos à Natura conſtitutam, & hominem homini inſidiari nefas eſſe. Ex quo frequens olim prouerbium. Homo homini Deus. [r] Placuitq; iccircò doctis aliquibus viris [ſ] Hominis appellationē ex Græco verbo [t] ὁμονοῖ ſignificante concordiam, atq; conſenſum deriuatā fuiſſe. Et ex his concluditur Pacem à iure naturæ eſſe, Pacem inquā arcto, & proprio vocabulo acceptā. Recōciliatio verò, quod eſt alterum Pacis genus, à iure gentiū fluxit poſt bella inuenta. Nequè enim recōciliatio nota eſſe potuit, dùm bellum eſſet Incognitum. Quamobrē rectè Iſidorus, [u] Ius, inquit, gentium eſt ſedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes, poſtliminia, fœdera Pacis, induciç. Porrò ad Iuriſconſultū hæc ſpectat materia (& ſi, quem ſcierim, huius ordinis nemo, ſed neq; alius quiſq̃ ad eā hactenus acceſſit) nā iuris ſtudium profitetur Iuriſconſultus. Eius autē ſtudij duæ ſunt poſitiones. Publicū, quod in ſacris, ſacerdotibus, & magiſtratibus conſiſtit. Priuatum, quod collectum eſt ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus.

n L. ex hoc. de iuſti. & iur.
o § i. inſt. de libertin. Pau. ad Ro. 5.
p Eſa. 9. Pau. i. ad Cor. 14. & ij. ad eoſdem. Ad Theſſ. i. & ij. Ad Heb. in fi. Milciades Pont. ad Hiſpa. Tomo cōcil. i. Faciunt quæ not. Diony. de diui. nomi. cap. 5. ad fi.
q L. vt vim. de iuſti. & iur. Concordat Tacit in. d. lib. iij.
r * Facit. l. ſeruus, in fi. de ſer. expor.
ſ Amb. Calep. in Dictiona.
t i. diſt. ius gentiū.
u L. i. de iuſti. & iur.

Vnde Reconciliatio dicta, eamq; rectam, & fauore dignam eſſe, neq; à Chriſti religione abhorrere. Cap. II

AVerbo Cōcilio [a] fit Reconcilio. Et ſimplex nonnunquā pro compoſito ponitur. [b] Quāquā hoc potiſſimè diſtent, quòd odium, & gratiā conciliare dicimus, recōciliare autē ſolam gratiam. Quam ob rem nō inſcitè Grāmaticorū aliquis dixit, [c] Reconciliare eſt interruptā gratiam reſarcire.

a G. in lat. ſermo. obſeruatio.
b Cæſ. de bello ciuili. lib. i.
c G. vbi. ſ.

cire. Atq; id Cicero ad Metellum libro familiarium V. ijs verbis planè declarat. Quod ſcribis de reconciliata noſtra gratia, non intelligo, cur recõciliatã eſſe dicas, quæ nunquàm imminuta (ſiuè, vt alij legunt, immutata) eſt. Hinc Reconciliatio à verbi ipſius ſignificatione non diſcrepans, quæ quidem poteſt deſcribi, vt ſit altera Pax, non naturalis, ſed pacta. Atq; hæc vtilis, rectaq; eſt, vt quæ ſeditionibus modum ponat, [d] & concordiam maximè affectet, [e] dicente Platone. [f] Expedit ciuitati ſeditiones abeſſe. Et Ariſtotele. [g] Cõcordiã legiſlatores ſummoperè affectant. Quodq; inſuper ad priſtinum Naturæ ſtatum nos reducat, digna fauore eſt, [h] ex quo pulchrè Valerius, [i] Sicut, inquit, placidũ mare ex aſpero, cęlumq; ex nubilo ſerenũ hilari aſpectu ſentitur, ſic bellum pace mutatũ plurimum gaudii adfert. Cicero verò. [k] Et nomẽ Pacis dulce eſt, & ipſa res ſalutaris. Ad hæc ſicut prior illa Pax bona eſt, eiuſq; nomẽ ſua vi propenſum eſt ad bonũ, & bonis dũtaxat viris cõgruit, liberamq; omninò voluntatem exquirit, ſic & Recõciliatio. Nulla.n. Pax impijs. [l] Nec eſt vera Pax, niſi eadẽ ſit voluntaria. [m] Ex hoc cõſequitur poſſe illam etiam diebus Maieſtati altiſſimæ dedicatis expediri, [n] ſecus atq; de Duello. Qui cùm ſit actus controuerſus, & lachrymoſum plerunq; ſpectaculũ, feſto die penitus interdicitur, [o] illis etiam caſibus (ſi qui ſunt [p]) quibus Duellum à iure permittitur. Imò, quanquã corruptis moribus omnia ſunt deprauata, probatio per Duellũ die ſacro facta nulla eſt ipſo iure, & Iudex, & partes, & quiſquis ſe ſpectatorẽ præbet, in magnũ crimẽ, & pœnas incurrit. [q] Ne verò quiſquam ſuſpicetur abſurda me, & ab homine Chriſtiano aliena hoc de Pace cõpendio traditurũ, quod Petrus apoſtolorũ ſummus hac de re ſenſit, cõtinuò memorabo. [r] Nemo (ait) veſtrũ patiatur, vt fur, aut homicida, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Sin autem vt Chriſtianus, nõ erubeſcat. Glorificet autem DEVM in iſto nomine. Iniurias igitur propter CHRISTVM condonare præſtat vtiq;. Sed & famæ

[d] 90. diſt placuit.
[e] Diuus Tho. i. 2. 2. q. 61.
[f] In Alcib. i.
[g] 5. Eth. i,
[h] 35. diſt. Ab exordio. l. ſi vnus. §. quod in ſpetie. de pac.
[i] 4. cap. 2.
[k] Diu Tho. eo. lib. q. 29. ir. i. memb.
[l] Eſa. 69.
[m] Diu Tho. vbi. ſ. proximè.
[n] Azo in ſum. C. de fer. col. i.
[o] L. fi. C. eo.
[p] Alcia. de ſing. cert. cap. 3. & 4. Soc. iun. conſ. 122 & 123.
[q] d. l. fin.
[r] i. cap. 4.

ſuæ conſulere,cũ quis ſe in gratiã cũ inimico reſtituit,citra peccatũ eſt. Quin ego præcipua proteſtatione vtendum cẽſeo,quoties pro CHRISTO Iniuriæ dimittuntur,ne quaſi ex merito agnoſci videantur, q̃d Petrus reprehẽdit.Sic Ariſtoteles,[s] Perferre, inquit, contumelias ſeruile eſt,cũ alio in loco dixiſſet[t] Magnanimum non meminiſſe mali ſibi illati,ſed potius deſpicere. Quo nomine laudatur maximè omniũ Veſpaſianus Cæſar.[u] Atq; hæc ipſa eſt pietas,& clementia,de qua Cicero.[x] Nec verò audiẽdi ſunt,qui grauiter iraſcendum inimicis putãt, idq; magnanimi,& fortis viri eſſe arbitrãtur. Nihil enim laudabilius,nihil magno,& pręclaro viro dignius placabilitate, atq; clementia. Et Claudianus ad Honoriũ Auguſtum.[y]

Sis pius in primis,nàm cùm vincamur in omni
Munere, ſola Deos æquat clementia nobis.

Et ſanè, ſi bonus aliqs ciuis Thraſones iſtos interroget, Quorſum hæc? aut quãdiu? Quid reſponſuros arbitremur(ni planè delirent) pręterquã,vt ſine iniuria in pace viuamus,& donec id nobis contingat?[z] Ergò ſi bellũ Pacis cauſſa ſuſcipitur,nonne ſatius, cũ primũ id licet,pacẽ amplecti?[a] Euenit plerũq;, vt quorũ cauſſa iure,& æquitate optima fuerat,infenſo DEO, qui ſe tẽtari nõ vult, armorũ iudicio ſuccumbant.[b] Quam ob rem Seneca.[c]

Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt.

Et, vt abutar verſiculo Terentii.[d]

Omnia prius experiri,quàm armis, ſapientem decet.

Recteq; Auguſtinus, [e] Pacem, inquit, habere voluntatis eſt, Bellum debet eſſe neceſſitatis. Quamuis autem odia CHRISTI Charitate ſint deponenda, volentibus tamen nobis damna, quæ rei, perſonæ ue, ſeu dignitati noſtræ quis intulit, lege etiam Euangelica reſarcire tenetur.[f]

[s] 4.Eth.5.

[t] Eiuſdem lib.c.3.

[u] Apud Sex.Aure. Victorem de vita,et morib.Impp.

[x] Off.i.

[y] De quarto Conſulatu. Gl.in aut. vt iud. ſine quoquo ſuffra.fiant. § Atq;. coll.ij. Fab.in.l.ij. num.26.C. de ſum. trin.& fid. cath.

[z] Plato de legib.i. Arl.10.Eth.9. Cic.off.i.Diu.Tho. ca.7.29.Tex.23. q.i.Noli.

[a] Arl.i.Eth. in prin.& cap.7.

[b] Iaſ.conſ.144. vol ij. Alcia.de ſingu.cert.ca.3.et 7.

[c] In Theb.

[d] In Eun.

[e] d.c.Noli.

[f] Glo.ij.in.c.i.de maledi.Præp.in.c. i.§.Iniuria.ad fin. de pace iur.firma. tenen. Facit Text.in.l.ij. de legib.

Quo primũ autore Reconciliatio inuenta. C. III.

QVIS Verò prior hanc Pacis conciliandæ ſpeciem inuenerit, haud facile ſcitu eſt, niſi Theſeum, quẽ Plinius excogitaſſe fœdera ſcribit,[a] huius rei conſtituamus autorẽ. Licet.n.fœderis latiſſima ſit ſignificatio, & omnis generis conuentiones ſub hoc nomine veniant, Paci tamẽ ſtrictiſſimè competit. Ex quo Iuſtinus,[b] Arſaces, inquit, cum Theodoti filio fœdus, ac pacem fecit. Et apud Plautũ Soſia.[c] Pacem feci, fœdus feci, vera dico. Et Gratianus verbis Iſidori,[d] Fœdera, ait, Pacis ſunt iuris gentium. Nequè verò Theſeo mercatura tribui poteſt, quòd idem Plinius inuentũ fuiſſe Pœnorũ adfirmet.[e] Quare propius veritati accedit ipſa Pacis interpretatio, maximè quia Plinius eodẽ capite Lycaonem inducias inueniſſe iuxtà prædixerat. Nã, vt docet Ariſt.[f] vim nominis, ſi varia ſit, nomina è regione diſpoſita declarant. Cõſtat autem hoc pacis genus primum illud, & naturale eſſe nõ poſſe, cũ pacto fiat humano. Ergò eſt Reconciliatio. Atq; hæc illa ipſa, de qua diſputamus, Priuata, ne reus ſit Plinius mendacii. Nàm Abraam, qui teſte Euſebio[g] natus eſt anno mundi centeſimo, & octogeſimoquinto ſupra ter milleſimũ, nec amplius centũ, & ſeptuaginta quinq; annos vixit,[h] poſtque eum Iſaac filius cum Rege Paleſtinæ Abimelech, & omnis hinc indè populus ortis inter Paſtores iurgiis percuſſere fœdus, & inuicẽ ſibi iurarunt.[i] Quæ publici fœderis prima ſpecies fuit. Theſeus verò Athenas rexit anno ab orbe condito nongenteſimo ſexageſimo ſexto, ac vna duntaxàt ætate Troianæ vrbis incendiũ anteceſſit, qđ inde ad annũ quartũ, & octogeſimum ſucceſſiſſe perhibetur.[k] Quare Neſtora ſic loquẽtẽ Homerus inducit.[l]

Ἤδη γάρ ποτ᾽ ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν
Ἀνδράσιν ὡμίλησα, καὶ οὔ ποτέ μ᾽ οἵ γ᾽ ἀθέριζον.
Οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας, οὐδὲ ἴδωμαι,
Οἷον Πειρίθοόν τε, Δρύαντά τε ποιμένα λαῶν,

a Hiſt nat. libr. 7 cap. 56.
b lib. 42.
c In Amphitr.
d i. diſt. ius gentiũ.
e Eodem cap.
f Poet. part. 150.
g De temporib.
h Gen 25.
i Gen. 26, & 27.
k Eo. lib. Euſeb.
l Ilia i.

Καινέα τε, ἐξάδιόν τε, καὶ ἀντίθεον πολύφημον,
Θησέα τ' αἰγεΐδην ἐπιείκελον ἀθανάτοισι.

Et filium Theſei Demophoonta auxilium Græcis aduerſus Troianos tuliſſe Iuſtinus commemorat.[m]

> m lib. ij.

Quid ſit Reconciliatio. Cap. IIII.

ATqui magnā inter ſe affinitatē hæc habent,[a] Pax, Amicitia, Opinionū cōſenſus, & Recōciliatio, vt quę in ipſo genere cōueniant, ac idē faciant ex pluribus. Quapropter largo quodam modo definitio Pacti ſingulis accōmodari poſſe videtur, vt ſit duorū, pluriumue in idē placitū, & conſenſus.[b] Sed re diligentius perpēſa manifeſtæ ſunt proprietates, quibus vnumquodq; ab alio ſecernitur. Solam.n. Reconciliationē nunq̄ nō pręit Diſcordia. Pax ipſo ortu nobiſcū gignitur, vt ſuprà docuimus.[c] Amicitia iungit illos præſertim, inter quos nullæ unq̄ inimicitiæ interceſſere. Cōſenſus opinionū vtroq; fit modo, nā vel ab initio idem ſentimus, vel deindè ſuademur. Quid verò eſt proprie Reconciliatio? Nihil aliud, quàm Pacis reſtitutio. Et ex hoc nomine reſtitutionis cognoſcitur Diſcordiam anteceſſiſſe. Nā Reſtituere eſt rē, in ea conditione, quæ retrò fuit, pſtare, & quaſi retrò, atq; iterū ſtatuere.[d] Quòd ſi Pax iterū ſtatuitur, vtiquè per diſcordiā lapſa fuerat. Illud autē in primis animaduertere oportet, non poſſe Pacem ſine Aequalitate reſtitui.[e] Quod vel ipſe CHRISTVS IESVS, cū Patrē nobis conciliaret pręſtitit, vt eū ipſum inuocans Gregorius ait.[f]

Οἷα θεὸς, κραθεὶς δὲ βροτὸς, θνητοῖσιν ἐμίχθης.

Extatq; de hac re prouerbiū. ἰσότης πόλεμον οὐ ποιεῖ. Et è cōtrario. ἀνισότης ἔριδας ἀπεργάζεται.[g] Nobis igitur diſcordiis modum adhibere cupientibus, quidnā ſit, quod ab Aequalitate ſeiungat, ante omnia perquirendum.

> a Plato in Alcib. i.
> b L. i. in princ. ff. de pac.
> c Cap. i.
> d l. Reſtituere. i. et ij. l. fi. §. fin. & bis in locis Alciat. de verb. ſign.
> e Ariſ. 5. Eth. in fi. Pau. 2. ad cor. 5.
> f Nazianz. περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν.
> g Vide Areopa. de diui. nomin. cap. 5. in fi.

Aequalita-

Aequalitatem quæ dirimant,& quid ſit Iniuria. Cap.V.

AEqualitatem dirimunt iniuriæ.Nàm(ut inquit Ariſtoteles)[a] qui facit iniuriam,plus habet medio,qui patitur,minus.Iniuria verò ex eo dicta eſt, ꝙ nõ iure fiat.Quicquid.n.non iure fit, iniuria fieri dicitur .[b] At qđ attinet ad inſtitutũ noſtrum, INIVRIA eſt praua animi,voluntariaq; in agente ſignificatio ab eius,qui patitur , animo per ſenſum accepta. SIGNIFICATIO inquam, quòd ex ſolo animo nemo lædatur,[c] nã quis animi ſecreta videt,niſi,qui maior eſt illo,[d]DEVS ?[e] Oportet ergò declarari animũ, atq; id ſignificatione praua,alioqui,ſi vel dubia ſit,in meliorem partẽ interpretabimur. Sunt enim actus quidam obſcuri , atq; promiſcui,veluti impulſus, qui neceſſitate ſæpè,aliquando imprudẽtia defendi poſſunt,vixq; actorem à reo diiudices vnq̃. In hmõi autẽ benignior interpretatio ſemper adſumitur .[f] Sed & VOLVNTARIAM oportet hanc eſſe ſignificationẽ,id eſt,vt qui infert iniuriam,in ſua ſit ptãte,& quẽ petit,noſcat,& quo, & gratia cuius.Nàm iniuria ex affectu facientis conſiſtit, & tunc demũ iniuria eſt,cũ à ſpontè agente fit .[g] Quare ſi quis per iocum,aut officii honeſtè faciendi gratia, ſiuè dùm certat,percuſſerit,vel ſi quis hominem liberũ ceciderit,dùm putat ſeruum ſuũ,vel ſi cũ ſeruo ipſi pugnum ducere vellet , in proximo aliũ ſtantẽ pulſauerit, iniuriã non infert.[h] Pariq; ratione furioſus,& impubes,qui doli mali capax non eſt,iniuriã non inferunt.[i] Atq; hæc in agente conſiderantur. In patiente voluntariũ omittitur, quoniã iniuriã ſua ſponte patitur nemo .[k] Quòd ſi ſponte pateretur,iniuria nõ eſſet.[l] Diximus itaq; AB eius, qui patitur,animo per ſenſum accepta. Oportet.n. vt is, in quẽ confertur iniuria,ſtatim illã ad animũ ſuum reuocet,& ſic ACCIPIAT, id eſt complectatur, ac intelligat eam ANIMO , quod eſt mente,atq; cõſilio, PER ſenſum,qui Dux eſt eorum,quæ extrinſecus veniunt , ad men-

[a] 5.Eth.vlt.
[b] l.i.in princ.ff.de iniu.
[c] Arg.eſt Bart.in l.pro hærede.et in l.Gerit.de acqui.hæred.Ang.in.§.fin. Inſt.de hæredũ quali.& differentia.
[d] i.Ioan 3.
[e] i.Reg.16 Sap.i. Pſal.43. Arl. Rhet. lib. ij. 32.diſt. Erubeſcãt Barb.conſ.59.col. 3.vol.5.
[f] l.ſemper in dubijs.de reg.iu. c.Odia.eo.ti.in vi. l. Meritò.Pro ſocio Oldr.cõſ 53.col.2 Alex.cõſ.15.col.2 vol.3. Aret.conſ.8.et 31 Curt.ſen.conſ.20. col.9. Marſil.in Rub.de fideiuſſ.et in.l.i.C. ad.l. Corn.de fal. Idem ſing.151.
[g] Arl.5.Eth.8. Vlp.in.l.Item quæritur.§. item Iul. Locati.Oldr.eo.conſ. 51.

mentem.[m] Accipere autem eſt æquè ſenſus, & animi.[n] Quorum vtrunq; adeò verũ eſt, vt ſi quis cæco turpi corporis motu illuſerit, vel in ſurdum prorſus cõuicia iactauerit, nullam hi iniuriam accepiſſe dicantur, ꝙ ſenſu careant. Idemq́; de abſentibus ſtatuitur, donec per famã nunciũ, vel epiſtolã, aut alia quauis probabili cauſſæ certiores iniuriȩ facti fuerint.[o] Et è cõtrario ſi me quis ſeriò criminetur, ego illi ſubrideã, vt iocanti, nihil patior iniuriæ, cũ eã ad animũ non reuocem.[p] Hoc autẽ potiſſimum differt ab animo ſenſus in inferendis, ſiuè accipiendis iniuriis, ꝙ animũ omninò adeſſe oportet, tùm agẽtis, tùm perferentis ipſius. De ſenſu ſecus. Nã mandato, vel ratihabitatione accedente fit iniuria per aliũ, vel facta comprobatur.[q] Accipiturq́; non ſolũ per noſmetipſos, ſed etiam per vxorẽ, per filium, per ſeruũ, per bona, per cadauer eius, cui hæredes extitimus (quanquã hæc duo minus propriè) & generaliter ꝑ eos omnes, qui poteſtati noſtræ, vel affectui ſubiecti ſunt,[r] perq́; res noſtras, aut quibus inſiſtimus, puta ſi meam domũ, vel à me conductam vi quiſpiam ingrediatur, meáue prædia, cũ nihil deberem, vt creditor occupet.[s] Ad hæc in perferente animus iccircò deſideratur, vt ſciat, ſi velit, pacificari, dimittere, vlciſci. Eſt enim quidam modus cùm pacificandi, tùm vlciſcendi ex comparatione iniuriæ, nec dimitti poteſt, quod ignoratur.[t] Sanè verò à nobis autores tantùm, & illi ipſi, vndè ortum iniuria ducit, vel in quibus reſidet, conſiderantur, non alii. Sed iam ad reliqua pergamus.

Quotuplex, & cuiuſmodi ſit Iniuriæ ſignificatio. Cap. VI.

QVIA diximus Iniuriã eſſe animi ſignificationem, duobus id modis contingit. Re, aut verbis.[a] Et verbis ſcripturam etiam contineri dicimus.[b] Quæcunq; autem iniuria non fit verbo, re fieri dicitur.[c] Quare ſi telum in te iecero, quãuis irritum

h l.3.§. pen.l. itẽ §. Meminiſſe. et.§. Adycitur. de iniu. l.i.C. de emendat. propinq. Fab. in l. ſi non conuicij. num. 5. C. de iniu.

i d.l.iij.§.i. Art.6.Eth.vlt.

k l. vt vim. de iuſt. et iur. Arl.5. Eth. 9.& 11.

l l. in diem. de aq. plu. arc.

m §. fin. Inſti. de iniu. l. Non ſolũ.§. i. ff. eo.

n Dath. in elegan. Nizol. in obſerua.

o Itẽ apud.§. conuicium, & .§. proindè, atq; ibi Bart. de iniu.

p l. inter. §. pen. de fur.§. ſed & ſi credat. Inſtit. de obligat. quæ ex delic. naſcun. Iaſ. ad Por. in.§. ſi quis rem. inſtit. de lega.

q d.l. non ſolũ. in prin.& .§. ſi mandato. l. ſemper qui non prohibet. et ibi. Doct. de reg. iu.

r §. patitur. Inſti. de iniu. l.i.§. Item eo. tit. d. l. Itẽ apud. §. ſi quis bona.

irritum,re tamẽ iniuriã intuli. Quod alia quoque rõne percipitur, vnus eſt.n.iacientis inaniter,& eius,qui ferit, conatus.Et ferire Fortunæ eſt,vndè tam et ſi iniuria ſæpè exaggeretur,nunquã tamen ſubſtantiam recipit. Quare & euenit aliquandò, vt te uix contingã, interdũ vt vulnerem,nonnunquam vt interficiã.Quéadmodum autem vulneraſſe tantũ minor eſt iniuria,quã occidiſſe, ita ſi te vix attigero,minor eſt,quàm ſi vulnerauero.Sed hic ſermo ad Vindictæ modũ ꝓpriè ꝑtinet,de quo mox diſſeremus,non alia quidem rõne,quàm Medici ſoleant de malis venenis tractare, vt vi cognita morbi facilius remedium adhibeatur.[d] Illud enim nobis DEO bene iuuante inſtitutũ eſt,Docere iniquos vias domini,& impios ad veram,ſanctamq; pietatẽ transferre,[e] vt fiat, quod dictũ eſt.Erunt praua in recta,& aſpera in vias planas.[f] Neq; verò quiſquam mihi vitio vertat,ſi corruptis moribus aliquantulũ indulſero,nã (vt ait Baldus)[g] Vindictam ex conſuetudine locorũ,& ex vulgi opinione me timur,atq; aliud quidẽ eſt iniuriã apud Magiſtratũ perſe qui,aliud Pacẽ multitudini ſuadere. Quã ob rem (ſicut ſubiecta materia poſtulat) multa à nobis,tũ exẽpli gratia,tũ ad opinionem militũ accõmodata dicentur. Nec pudebit Moſen imitari, à quo propter duritiẽ populi libellus repudii permiſſus eſt,[h] & Paulũ, quo autore poſt Euangelium circunciſus eſt Timotheus,[i] & vniuerſum Apoſtolorũ cœtum, imò ipſum Spiritũ ſanctum, qui nouæ legis initio ab Idolothitis,& ſanguine, & ſuffocato abſtineri conſenſit.[k] Tanti refert animos à vitiis ad virtutem reuocare. De Vindicta igitur, & eius modo iam tractemus.

De Vindictæ modo. Cap. VII.

VINDICTA refertur ad Iniuriam,perindè ac Reconciliatio ad Pacem,[a] & eſt ſecundum Baldum[b] recontriſtatio offenſoris. Nos definimus,vt ſit iterata Iniuria ab eo,qui priorem paſſus

[f] l.lex Corn.ff.de iniu.§.i. inſtit.eo.
[c] l. Mater.de inoff. teſta.
[a] l.i.§ ij. de iniu.
[b] l.Generaliter.C. de non nume.pecu. Bart.in.l.Gerit. in i.col.de acquir. hæred. Natta de pulchro lib.iij.in prin.
[c] A partium enumeratione.Tex. in. d.§.ij.
[d] Fauet Text. in c.qui de menſa. diſtin. 37.
[e] Pſal.50.
[f] Eſa.40. Luc.3.
[g] Conſi.373. In ciuitate Cheri. vol.i.in antiq.
[h] Deuter.24. Matth. 9.
[i] Act.16.
[k] eo.lib.cap.anteced.
[a] Ang.in cõſ.397 Ludus pilæ.
[b] eo.conſ.373.in antiq.

paſſus eſt,proficiſcens.Atq; hæc gradibus diſtinguitur, cùm iam in ore omnium verſetur illud Satyricum.[c]
Curabitis,vt ſit
Vindicta grauior,quàm Iniuria.
Quod & Boccatius alicubi tradidit.[d]Et factũ eſt tritum ſermone prouerbiũ Verba factis dilui.At verbis etiã ipſis,& factis gradus inſunt.Nã ſi mihi deſidiã exprobres, ego te mentiri reſpõdeam,vel ſi fuſte ictus te gladio vulnerauero,iniuria omnis ad te transfertur.Hæc aũt ſingula in patrandis recõciliationibus internoſci diligentiſſimè oportet,quò parti læſæ pudor in integrũ reſtitui poſſit.Haud tamẽ uerũ eſt vſquequaq;,ꝙ verbis facta potiora ſint. Quare,vt hic nodus cõſultius explicetur, Iniuriarũ tres formas cõſtituo.[e]Aliæ naturæ decus,ſeu dignitatẽ,Aliæ naturæ dignitatẽ,& conſcientiã, Aliæ naturæ dignitatẽ,& cõſcientiã,corpusq́; ipſum violant. En quõ ſunt gradus, quibus cõtinuò aſcenditur. Et vt quiſq; ſuperior, ita vindictæ accomodatior ꝑ ea, quæ ꝓdiximus, ac fuſius paulopoſt dicturi ſumus.Interim cũ tria ſint poſſeſſionũ genera in rebus corporalibus,quæ in incorporalibus nota ſimilitudinis adiecta, Quaſi poſſeſſiones appellantur,Naturalis,Ciuilis, & Nuda detẽtio,[f] hæ ſingulæ ad pręſcriptos Iniuriæ gradus ſic traducuntur.Qui.n. primi gradus iniuriã infert,is alienæ dignitatis nudã capit detentionẽ.Hęc illa eſt dignitas,quã Natura nobiſcũ parit,adeò vt quiſq; bonus,& honore dignus ꝓſumatur, donec facinore admiſſo Lex illũ infamia notet.[g]Qui ſecundum gradũ Iniuriæ faciendo attingit, is ciuilẽ quaſi poſſeſſionẽ dignitatis alienæ nãciſcitur.Qui tertiũ,ciuilẽ,& naturalẽ ſimul. Atq; hæc eadẽ in Vindicta obtinẽt, quanꝗ vindictæ primus gradus nunꝗ ſatis ſit,cùm oporteat,vt illa ſemꝑ exuperet. A primo itaq; gradu incipit, & cõpenſatur Iniuria,ſed nõ augetur. Quo circa hmõi iniurię,tã et ſi re fiãt,ſunt tñ leues,& verba factis hoc gradu exęquantur.Finge Titiũ à Sempronio his verbis ironicè cõpellatũ fuiſſe: Hem bone vir.Nùm Titius ſtatim

[c] *Iuuen. lib. 5. Sa ty. poſtrema.*

[d] *Fabula. 77.*

[e] *Vbi ſcripſiſſem, animaduerti ſimile quiddã in 4. Rhet. ad Heren. Priusq́; æderem, anteuerſus eſt mihi locus à doctiſſ. quodam, ſed alterius ſcholæ viro, qui cũ mea ſcripta communicaueram. Sic vos non vobis nidificatis aues. Deus teſtis, mutuæq́; Epiſtolæ, quantuluſcunq; ſit hic noſter labor.*

[f] *Gl. & doct. in l. i. de acqui. poſſ.*

[g] *ff. de iis, qui not. infam. C. ex quib. caus. infam. irrog. Gand. de malef. ſub Rub. de præſump. & indi. dubi. inter num. 15. & 16. ver. ſecunda ratio.*

ſibi perſuaſum habebit ſe malū virū eſſe? Falſò. Nā inter bonū,& malū datur tertiū.[h] Nec ſecus eſt, ſi te larua exuero (de qua facti ſpetie ſemel conſultus fui) vel ſi crepitu ventris adſimulato, digitiſúe obſcœnè cōpoſitis meū in te iniurioſum animū ſignificauero. Neq;.n.ex his infertur te pœna dignū eſſe, vel id tute exiſtimas. Idemq́; eſt, ſi minitanti cuipiā te vapulaturū ab eo reſpōderis nihil te tale vereri. Quoniā igitur nulla hmōi iniuria mētem è ſuo ſtatu dimouet, corporiq́; nullum damnū infert, qui ſunt duo vlteriores gradus à nobis cōſtituti, reſtat, vt ſolū naturæ decus minuat, qui prior eſt gradus. Atq; hæc CONTVMELIA fortè præcipuo nomine dici poſſet (ſi valet argumētū ex nomine[i]) cùm dicta ſit à cōtemnendo.[k] Eſt enim verè contēptio. Nec alio genere iniuriæ ſtultus Nabal in ſacris literis offendit Dauid,[l] Chryſenúe Agamemnon apud Homerū,[m] quanq̄ iniuria hęc ꝑꝑ īpares ꝑſonas Regis, ac Priuati, Sacerdotis, et eius, qui Sacerdos nō erat, doctrinæ noſtrę propoſito parùm admodū conuenit. Declaratur autē vtroq; exemplo toties hanc iniuriā fieri, quoties petēti honeſtū ſuperbè denegatur. Quod è cōtrario ſacræ eædē literę docent, cùm Dauid referunt Abigail precibus deuictū ad eā dixiſſe. Ecce audiui vocē tuā,& faciē honoraui.[n] Atq; hoc gradu ambigat nemo, quin ſatis ſit cōpēſatio, cū ad pugnā, niſi ex maximis cauſſis, venire nō liceat.[o] Nihilq́; intereſt, res antegreſſæ fuerint, an verba. Atq; hæc de primo gradu. Qui deindè ſeqtur, ꝓprius eſt MENTITIONIS locus. Nā mentiens cōtra id, quod animo ſentit, loquitur voluntate fallendi.[p] Mendaciū aūt improbū eſt,& vituperio dignū,[q] noſtriq́; illud Doctores īter Maleficia adſcribunt.[r] Sacra verò pagina, Mores, inquit, hominū mendaciū ſine honore.[ſ] Nec defuere, qui ſcriptū reliquerint, Mentiri ſeruile vitiū eſſe,& à cunctis mortalibus odio inſectādū, atq; vt Græco verſiculo teſtatū eſt, Inuiſum eſſe cuilibet ſapiēti,& probo.[t] Alij Mentientes id ſibi quærere, vt nec vera dicētibus credatur.[u] Alij pro

nihilo

h l.iii.§.Genera. vbi gl.& Doct. de acqui.poſſ l.i.C.eo. Bar.in l. Furtum. §.Fūdi. de vſucap. Balb.de præſcript. in.ii. par. in princ. col.5.num.7.

i Diaz reg.20.

k l.i.§.i. de iniu.

l i. Reg. 25.

m Ilia.1.

n i Reg.eo.cap.in fin.

o Bal.in.l.ex hoc. in.5.q. de iuſt. & iur. Iaſ.ea.l.col.4. Alcia.de ſing.cert. cap.7. Argu. eſt.l. iii.§.fin. de adim. lega. Por.in.§. item quæritur.col.pen.inſtit.de loca.

p 22.q.5.Is autē. Diu. Tho.in 2.2.q.110. Put. de re mil.libr.6.cap. 15. Ang in l. qui īterrogatus. ī prin. de pet.hæred.

q Ariſt.4. Eth.7. Cic.pro Mur.

r Bar.in.l.item apud.§.Ait prætor. de iniu. Alex. in.l. 4. in prin. de lib. et poſth.

ſ Eccleſiaſt.20.

nihilo ab hominibus duci.[x] Alij vitã labefactare.[y] Plato acerbius mendacẽ hominẽ Beſtijs cõtulit,[z] vt in hmói cõueniat illud Prophetæ.[a] Homo,cũ in honore eſſet, non intellexit,cõparatus eſt iumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis.Grauiſſima igitur eſt obiectio mendacii, perq; illã non ſolũ naturalis amittitur dignitas, ac apud homines malè auditur,ſed & animus ilicò cõſternatur, ſeq; reũ magnę turpidinis agnoſcit.Quã ob rem ſapienter quidẽ meo iudicio Perſę,cũ rerũ potirentur,inſtituerant,mendacio nullum crimẽ maius,mendacij verò exprobratione cõtumeliam nullã grauiorẽ.[b] Eſtò nũc poſt acceptã Mentitionis iniuriã tẽ mihi pollice ꝓximis digitis interpoſito,vel adſimulato crepitu vẽtris illudere,vel laruatum vultũ detegere,nùm te vltus es? Minimè quidem.Nã eius actus fœditas conſcientiã meã deturbat nihil.Eſtq; grauior mentitio,licet verbis inferatur, quàm qui fit eo modo cõtẽptus,nõ alia rõne,niſi ꝙ gradu Mentitio præeſt.Tertiũ ergò iniuriæ gradũ ſcãdere oportet, qui ſe de Mentitione vlciſci velit. Nec vlla ſupereſt dubitatio,ſi res proſperè cadat.Ictu.n.deletur Mẽtitio,propterea ꝙ ictus naturę dignitatẽ,& corpus manifeſtiſſimè afficiat,quin & ipſam conſcientiã,tũ apud te, cuius animus à priſtina dignitate iã indè abeſſe quodãmodò incipit,tùm apud alios, qui te nõ ab re pœna dignũ arbitrantur. Verũ ꝑponamus ante oculos.Tu mẽtiri me dicis. Ego pugnũ duco,aliudúe tẽto eiuſmodi,vt te pulſem. Irritus eſt conatus. Vindicaui ne me? Exiſtimãt multi me vindicaſſe ob latã illã regulã,qua dicit ſolet,verba factis tolli. Sed hoc iam,quẽadmodũ capiẽdũ ſit,declarauimus. Ex aduerſo tamen ſtat ratio,quã ſuperiore capite recẽſui,ꝙ percutientis,& eius,qui ꝑcutere niſus eſt, idẽ fuit initiũ, quãuis diſpar exitus.Nec exitus cõſiderari debet,vt qui iniuriã quidẽ ampliorẽ, tenuioremúe facere poſſit, ſed non illi formã,neq; qđ aiunt Græci ουσίαν,accõmodare. Non.n.plaga reprę ſentat cõtumeliã,vt Claudius Iurecõſultus ait,nec verberari eſt malũ(quãuis ſit malũ) ſed

[t] Poſt Chryſol.in Monoſtichis.
[u] Laert.in vita Ariſt.Iſid.de ſum.bo. lib.2.cap.30.Boc. de Geneal. Deorũ lib.14.cap.13: Gand.de maleſ.ſub Rub.de tranſac.& pac. col.ii.
[x] Gand.ibidem.
[y] In eiſdẽ Monoſt.
[z] In Cratylo.
[a] Pſal.48.
[b] Herodot.lib.3.

ita,ſi in cõtumeliã.[c] Alioqui inuitus etiã, & colludens in iuriã facient. Quod ſecus eſſe ipſa Iniuriæ definitio oſtẽdit. Verũ enimuerò hac rõne nõ obſtante cõtrariũ puto. Nàm Mendacii probrũ nullo actu, niſi conſumato, diluitur. Nec ſatis eſt q̃cunq; actus. Oris.n.crepitus,& eiuſmodi, quæ ſuprà ſæpe cõmemoraui, infra mẽdaciũ ſunt. Quòd pugnũ ducere grauius ſit, quàm ore obſtrepere, vel perſonato vultũ aperire, concedo, ſed eas tñ iniurias gradu nõ ſuperat. Imò primũ æquè gradũ obtinent oẽs. Fateor ſanè primariis ipſis gradibus alios gradus eſſe ſubiectos, q̃ ἐκ περιστάσεων diſtinguũtur, augentq́; interdũ, nonnunquã extenuant iniuriã. Quare ducentis pugnũ maior eſt, quàm ore cõcrepantis, aut laruam auferentis, ſeu digitos ad alterius ſugillationẽ turpiter implicantis iniuria. Ad cõtumeliã etenim accedunt minæ. Quòd ſi vehementiores minæ adhibitæ fuerint, puta iaciendo telum, iniuria ipſa vehemẽtior euadet. Sed nulla tñ ex his iniurijs primũ anteit gradũ, vt ſuprà diximus, nec maius quicquam cõpenſatione facit. Exemplũ. Cũ nullæ inter nos inimicitię interceſſiſſent, tu pugno me petis, vel telũ iacis, aut manũ indecorè protẽdis, fictosúe mihi detrahis vultus, aut bucca oppedis. Interrogo. Isne ego ſum, qui tale quid merear? Reſpõdes, Etiã. Replico, Mẽtiris. Cui dubiũ, quin ipſe ab omni me iniuria exemerim, dignitatisq́; tuæ ciuilem quaſi poſſeſſionẽ nactus fuerim, cùm tu meã vix dignitatẽ leuiter obtinere cœpiſſes? Neceſſe eſt igitur (qđ iam diximus) progredi, & tertiũ, atq; vltimum gradũ vindictæ aſcẽdere, qui ſe de Mentitione vlciſci ſtudet. Nec obſtant contraria. Nã dùm quiſq; pulſatur, mente deijcitur, ac propriæ dignitatis ciuile (vt ita dixerim) ſpoliũ patitur. Sin verò declinet, ſecus eſt incolumi manẽte animo. Præterea te dignũ eſſe pœna, dũ vapulas, prẽſumptio eſt, qđ inde cognoſcitur, quia licet probare contrariũ.[d] Præſumptio autẽ in ſola veritate fundatur.[e] Quòd ſi te citra verbera dignũ verberibus præſumere cogitemus, oportet antè, nos fingere te verberatũ.

Sicq́;

[c] l. Aut facta. §. Qualitate. de pæ.

[d] l. pen. de in integ. restit. Cæp. cõſ. ii. col. iii. in ciuilib.

[e] Alex. in l. ſi aliquam. col. 7. num. 19. de acqu. poſſ.

Sicq; in fictione fundatur prçſumptio,&qđ lege cauetur in primis,[f] anſa præbetur ad nequitiã. Atq; inſuper duo ſingularia ex eodem fonte manantia cõcurrunt,[g] Fictio videlicet,ac Prçſumptio,& quod reſtringi debet,odium laxatur.[h] Eſt.n.odium de quoquã præſumere, vt ſit pœna dignus,& probris. Quòd ſi pulſato te iſtud p̃ſumitur, cur vbi fruſtrà petitus fueris,nõ p̃ſumatur oppoſitũ? Maximè coniecturã hanc adiuuante alia,qua quiuis bonus, ob idq; nulla pœna dignus æſtimatur?[i] Sed & videtur DEVM innocentiæ præſtò fuiſſe iuxta illud. Salus iuſtorũ à Domino.[k] Et de manu peccatoris liberabit eos.[l] Quod Cicero quoq;[m] ſenſiſſe videtur,cũ Cæſaris, atq; Pompeii ſtudia conferens ita ait. Principũ dignitas erat penè par,nõ par fortaſſe eorum,qui ſequebãtur, Cauſſa tùm dubia, ꝙ erat aliqd in vtraq; parte,qđ probari poſſet,nunc melior certè ea iudicanda eſt,quã etiã Dii adiuuerint. Deniq; verò ſunt quidã actus,quorũ initia ꝑ ſe nihil operãtur,vt quæ fiant ꝑꝑ finẽ,& in his finis attẽditur.[n] Pugno aũt, vel telo aggredi poſt Mentitionẽ acceptã tale quiddã eſt,propterea ꝙ eo fit animo aggreſſio, vt omninò feriatur. Ferire ergò omninò neceſſe eſt,tanquàm hic ſit finis,ad quem animus,quod ipſum eſt principium,tendit. Atquè hæc hactenus,vt in primo duntaxàt gradu locum habere compenſationem conſtet. In altero,qđ attinet ad Mẽtitionẽ, vltio locũ habet,in reliqs cõpenſatio,diſtincta tamen ſubiectis gradibus,& appendicibus,vt paulo antè diſſerui. Quo circa maiora in hoc ſecundo principali gradu flagitia grauioris ſunt iniuriç, vt ſi quẽ Parricidã,Proditorẽ,Impiũ,Sacrilegũ nominauero. Quç flagitij genera naturæ decus,& animi integritatẽ magis perfringunt. Cur verò Mentitio ad vindictã ſit apta potiſſimũ,ea eſt ratio,ꝙ vno,& eodẽ tp̃e minoris põderis iniurias refellit,aduerſariumq; ad ſua ipſius verba cõprobanda obſtringit.[o] Neq; ad id obſtricto Mẽtitionẽ aliã inculcare licet,ſicq; nulla fit Mentitionis cõpenſatio. Porrò in leuioribus eiuſdẽ gradus iniurijs hæc

ipſa

[f] l. Deniquè. ex quibus cau. maio. l. conuenire. ff. pac. dotal.
[g] Aduerſus. l. cùm poſt. §. gener. de iu. dot. Bart. in. l. ſi is. in princ. col. pen. de vſucap. Alex. in. d. l. ſi aliquam. ea. col. Oldr. conſ. 79.
[b] Contra. c. Odia. de regu. iur. in. 6. Aurel. Mutinen. inter reſponſa Alex. conſ. 46. vol. 4.
[i] c. eſtote. de reg. iur. l. Meritò. Pro Socio.
[k] Pſal. 36.
[l] Pſal. 96. Ariſt. ij. Eth. v.
[m] Pro Q. Lig.
[n] l. Receptũ. Cõmunia præd. l. Nõ intelligitur. §. cum autem. de iu. fiſ. Argu. l. Non videtur. cæpiſſe. de reg. iur.
[o] l. Ei, qui. de proba.

ipſa admittitur. Nā ſi me Parricidij, ego te eiuſdē criminis, ſiuè Proditionis inſimulē, & neuter alterū mētiri dicat, in pari oneris, probationiſq; cauſſa ſumus, ſiuè id ira ſuaſerit,[p] ſeu ꝓpriæ iniuriæ pſequutio,[q] vel nudæ inſcriptioni cōparetur,[r] aut legis rōnē à tribunali procul ceſſare dicamus.[ſ] In tertio principali gradu, quæ augēt iniuriam appendices, eædē ad vindictā ſunt idoneæ, nō aliā ob rem, q̄ facinoris atrocitate. Quare ictus fuſtis vlciſcitur pugnū. Fuſtis ictū vulnus. Nec ictus locū, aut vulneris, nec eorū magnitudinē ſpecto, qm̄ milites, ad quorū opinionē hic cū primis libenter abeo, ictus, & vulnera ſolo cruore diſtinguunt, iniuriamq; pendunt magis, quàm damnū. Sub Mētitione aūt omnia omninò verba, quę negant, vel negare poſſunt, cōplector, vt ſi quis reſpōdeat, Verum nō eſt, Vera nō loqueris. Tū ꝙ paruo diſcrimine cōpenſatio in vindictā trāsgredi nequit, militari vſu præſertim inſpecto; Tùm ꝙ, vtcunq; negetur, fit quædā ceu litis conteſtatio,[t] & ei, qui prior iniuriā dixit, incūbit onus probandi.[u] Alioqui is, in quē iacta eſt cōtumelia, defenditur generali illa pſumptione, qua ſemper in dubijs de vnoquoq; meliora ſperamus.[x] Atq; hinc intelligant vniuerſi meā orationē eò reſpicere, cū graue aliqđ crimen neganti obiectū fuerit. Niſi.n. is, qui obiecit, probet, calumniator efficitur.[y] At ſi quo in ſermone minimè iniurioſo cōtingat ab altero reſpōderi, Verū nō eſt, ſeu Vera nō loqueris, horum neutrum vim Mētitionis habet, quandò citra dolū, & fraudē poſſumus etiā vera non dicere,[z] idq; magis in obſcuris conijciendū.[a] Imò ita debemus interpretari, vt qui hac vtitur reſponſione, de veri ſtudio potius, quàm de iniuria cogitet inferenda. Nàm, & tacens vera non loquitur: & ipſa tn̄ taciturnitas iniurioſa non eſt.[b] Quodq; amplius ducetur, ſi quis reſponderit Mendaciū dicis, non tn̄ iniuriā infert. Nàm, vt P. Nigidius vir maximè eruditus aiebat, inter Mendaciū dicere, & Mentiri diſtat. Qm̄ qui mentitur, ipſe non Fallitur, ſed alterum fallere conatur, fallitq;, quod in ſe eſt. Qui

p *Spec. de accuſa. num. 11.*
q *l. Neganda. C. Qui acc. poſſ.*
r *ea. l. in fi.*
ſ *3. q. 11. cap. 1.*
t *Gl. in .l. i. C. de lit. conteſt.*
u *d. l. Ei, qui.*
x *d. c. Eſtote. d. l. Meritò.*
y *l. prima. §. i. ad. Sc. Turp. l. i. ī fi. et ibi Gl. pen. C. de ad uoc. diuerſ. iudicio. Old. cōſ. 53. col. fi.*
z *l. Fundum. §. fi. de euic.*
a *l. ſemper in dubijs. de reg. iur.*
b *l. Qui tacet. de reg. iur. c. is, qui tacet. vbi gl. eo. tit. in 6. Aug. de vera innocen. cap. 254.*

Qui verò Mendacium dicit,ipſe fallitur,non ullo modo fallit.Hæc Nigidius autore Gellio.[c] Obſeruãda ſunt igitur verba,quæ præcurrerunt,& ſic de ſequẽtibus ſtatuendum,[d] & negatio in dubio,vt neganti expedit, accõmodari debet.[e] Quã ob rẽ ſi quis atroci crimine incuſatus reſponderit,Verũ nõ eſt,ſeu Vera nõ dicis,tùm id loco Mentitionis accipiẽdũ eſt,eò ꝙ ſuũ pudorẽ excuſare volenti ita vtilius ſit.Porrò cũ nominatim excipitur Tu mẽtiris,omnis ceſſat quæſtio,neq;.n.ſine fallendi voluntate mentiri aliquis põt,vt mox tradidimus.Ideò ſemper iniurioſa eſt Mentitio,quanq̃ adijciatur Aeſtimatione tua ſalua,vel Qđ pace tua,ſeu Bona cũ uenia dixerim.[f] Neq; tñ neſcius ſum in eã ſententiã ire Iuriſprudentes,[g] vt qſquis cõuicio laceſſitus rñdet Mentiris,iniuriã quidẽ non afferat, ſed explodat.Quo ergò plena eſt iniuriæ Mentitio ſemper?Nimirũ,quæ nulla præcurrẽte prouocatione Mentitio ingeritur,illa iniurioſa eſt,& iniuriæ caput,poteſtq;,perindè ac reliquæ verborũ iniuriæ,cõtraria Mentitione retũdi.Quæ verò acceptã contumeliã Mentitio ſequitur,hæc tutela eſt,& ꝓpulſatio,non offenſio.Ita loquuntur Doctores.Quis aũt nõ videt in vltima facti ſpetie verborũ ignominiã ꝑindè amoueri,ſi rñdeatur, Verũ nõ eſt,ſeu Verũ nõ dicis,atq; ſi exciperetur Mẽtiris? Ego ſanè,quid inter hos ſermones interſit,non video,ni vocibus,quã rebus,legẽ dare malimus.[h] Quacunq;.n. orationis forma negetur,de vitanda iniuria cogitatur.[i] Quare,& ſi quis exprobrantẽ ſibi crimẽ A VERITATE ABESSE rñderit,quanq̃ adfirmatiuis verbis vtatur,videaturq; ex eo moderatius agere,negaſſe tñ,& obiectũ probrũ,nõ ſecus ac Mentitione, diluiſſe exiſtimãdus eſt.[k] Tam & ſi ex facto diuerſis olim rationibus cõtrarium rñdi.Legẽ Lucenſis Reſp.Prætorianis ſuis hãc ſtatuit,vt qui Mentiri aliũ dixerit,reus ſit ipſe Mẽdacij.Euenit, vt Prætorianus quidã adſcriptũ ſibi cõmilitonis ſui crimen proderet.Ille abeſſe à veritate Prætorianũ rñdit. Et nihil tùm amplius.Indè ad breuiſſimũ tempus impetrata

c lib. xi. cap. xi. Noct. Att.

d l. Titia.§.i. de verb.ob.§. Præterea. inſtit. de inut. ſtip. Cur. Iun. in cõſi. 121. col. 8.

e l. ſi quis intentione. ff. de iudi.

f Bar. & Albe. in. l. ſi quis extraneus de acqui. hæredit. Dec. conſ. 686 & 487. col ij.

g Bar. Ang. Alb. & Pau. in l. Quæ omnia. §. i. de procu. Alex. in l. iij. in prin. col ij. de lib. et poſth. Fely. in. c. Dilecti filij. col. i. de except. Soc. nepos pceptor meus in conſ. 122. col. iij. & in conſ. ſeq. col. vi. vol. iij.

h Contra. l. iij. §. cõditio. de adim. lega. l. ij. C. de cõſti. pec. Old. cõſ. 253 col. i,

i d l. i. C. de lit. cõteſt. l. ſi quis mihi. §. ſi pater. de acq. hæred l. i. §. ſi quis ita. de verb. obl.

k Alex. in. l. inter ſtip. in prin. co. ti. Old cõſ. 6. in i. rõe

trata miſſione Prætorianus ad me venit,remq́; omnẽ exposuit. Vt ſe Mentitione tueretur,meũ fuit conſilium. Neq; enim aduerſante Senatuſconſulto crediderit quiſpiam Cõmilitonẽ ea mente abnuiſſe,vt in ſe ipſum Mentitionem reflecteret.[l] Ergò integrũ fuit meo clienti hãc ſedem,vt vacuam,prius occupare.Atq; ita planè ſentio. Quod aũt dicitur Mentitionẽ, quam nulla criminatio præit,eſſe caput iniuriæ,ad id genus Mentitionis, quod incõſultè,ac temerè effunditur,meo quidem animo reſtringi debet. Eſtq́; noua,aut fortè ab alijs nondũ ſic poſita declaratio.Nã à præſumpta calũnia unumquodq; indicium etiam ſi ſumeretur ex teſte,cuius apud bonos,& grauesviros onerata ſit opinio,excuſat.[m] Et hoc itẽ ex facto quandoquè reſpondi.

[l] *Alcia. de præſump.reg. 3. Præſump.3 2. Doct.in. l. Hæredes mei.§. cũ ita.ad Sc.Treb.*

[m] *Iaſ.cõſ.ij in vlt. par.vol.i.et in.l.i. ad fin.in antiq. lectu.C.de ſum. Tri. & fid. cath.*

De medijs Reconciliationis,ſiuè de pacificandi rõne. Cap.VIII.

IAM indè ab initio dixi, quos cõciliare velis,eos ad æqualitatẽ redigi oportere. Nũc opus eſſe ſubijcio,vt ea in re non pauca conſiderentur.Atque hæc appello MEDIA, quibus reuertimur ad Pacem. Nàm ad extrema diſceſſum fuit,cùm hinc illata,indè accepta iniuria (quẽadmodum diximus Ariſtotelem ſcripſiſſe)[a] alter plus medio,alter minus habere cœpit.Medium igitur ipſum rurſus appetendum. Atq; in primis cõuenit adhiberi Pacificatorem(hunc Mediũ nominatim Liuius appellat[b])æquũ,integrũ,ab omni ſtudio ſolutũ,cui partes tutò ſe credere poſſint.[c] Qua.n.ratione iniquus qui ſit, alios æquabit? Mediator nõ eſt vnius,vt ait Paulus.[d] Deindè oportet,vt de quorũ pace tractatur, in æqualitatem conuenire queant.Nàm qui ſocij vitæ non ſunt, parendiq́; viciſſim,& imperandi facultatem non habent, ſicut iniuriã minus propriè patiuntur,ac faciunt, ita nec propriè reconciliantur.[e] Quocirca ſubiectus Principi, clerico profanus,is,qui ſanæ ſit mentis,furioſo, ſeruo liber,

parenti

[a] *5. Eth.vlt.*

[b] *Dec.i.lib ij.*

[c] *l.Societatem meũ §.fi.et l.in propoſito.Pro ſocio. Specu.de arb § i. ver. Arbitrator.*

[d] *Ad Gal. 3. & ibi Heymo circa fi.*

[e] *Ariſ. 5.Eth.6.*

parẽti filius, Tribuno miles, auditori magiſter, infans iuueni, mulier viro, & (quod hominũ æqualitati maximè repugnat[f]) ignauo fortis nunq̃ ritè pacificabitur. Placari hi tantum, & ad quandam pacis ſimilitudinẽ, atq; concordiã reduci poterunt. .[g] Subindè, quia in cauſſa ius eſt poſitũ,[h] debet cauſſa ipſa, ideſt iniuria æquè proponi. Nã ſi quid altera pars diſſimulet, inficieturúe, nullus erit modus, nulla ratio, qua ſic diſcrepantes ex æquo cõiungantur. Diuerſa.n.& contraria negocia diuerſis, & cõtrarijs finibus terminari neceſſe eſt.[i] Quã ob rem parum quoq; fuerit cauſſam proponi æqualiter, niſi eadem ſimpliciter proponatur. Non quale ego exemplum ſemel vidi. Ferebatur aliquis dubia luce in aliũ inuaſiſſe, & primò quidẽ abnuere, mox fateri ijs verbis. Vera dicere aduerſarium, dùm id quereretur. Mentiri reliquos, qui dicerent. Quænam hæc repugnantia? Nùm idem verũ, & falſum? Adeóne quiſq̃ Pacificator prudens, atq; cõſultus, vt in re eiuſmodi locũ æqualitati inueniat? Finge enim poſt initam reconciliationẽ aduentare extraneũ, qui id aſſeueret, nonne alter pro extraneo ſtabit, alter contra? Vitandæ ſunt igitur hæ tricæ verborũ, in quibus latet plerunquè fraus,[k] & manifeſta fit loquentis inſcitia.[l] Nec ineptè is, qui iniuriã paſſus eſſe credebatur, adiecìſſet. Me quoquè palàm pacatum, clàm hoſtem (poſtquàm apud me vnũ, apud alios vis aliud) experieris. Hæc vbi de perſonis, req; ipſa Pacificator aduerterit, cogitabit inſuper ab iniuriæ autore priuatã, publicamq; diſciplinã perindè violatam fuiſſe.[m] Alterã, dùm vitæ ſociũ offendit.[n] Alteram, dùm Vrbis ſtatũ perturbauit, ſibiq; ipſe ius dixit.[o] Quo circa interrogatus Solon, qui fieri poſſet, vt q̃ minimum iniuriarũ exiſteret inter homines? Si inquit, qui iniuria affecti non ſunt, æquè doleant, atquè hi, qui affecti ſunt.[p] Non obſcurè innuens, ꝙ quiſquis re, verbóue in aliũ inuehitur, nõ vnũ ciuem lædit, ſed totã (qđ in ſe eſt) Remp. Huius ergo duplicis diſciplinæ, quò cuncta ad æqualitatẽ redigãtur, in pacis reſtitutione habẽda eſt rõ.[q]

f Xenoph. de Cyri Pædia lib. ij.

g Bal. ad Spec. de treu. & pa. Alex. in. l. i. col. ij. ibi Fulg. hic dicit. ff. de pact.

h l ſi ex plagis. §. i cliuo. ad. l. Aquil. l. ſi is. de excu. tuto. l. prætor edixit. in prin. de iniu.

i Spec. de aduoca. in prin. col. ii. ver. In ſumma num. 6.

k c. Sollicitudinẽ. de app.

l 93. diſt. legimus.

m Arg. l. Locatio. aliàs Licitatio. §. qđ illicitè. de publica. Natta de pulchr. lib. 4.

n Arg. l. Cõgruit. in prin. de off. præſid.

o Gl. in. l. fin. C. Quãdo lic. vnicuiq; ſine iud. ſe vind.

p Conr. in Apophth.

q Cic. de off. ij. vlciſcamurq; eos, q nocere nobis conati ſunt, tantaq; pœna afficiamus, quantũ

Et publicè quidem intereſt eius,qui laceſſierit,deteriorē fieri conditionē,vt & ipſe ne quid tale poſthac committat,& cęteri ſint ad iniuriā tardiores.[r] Priuatim verò cōſulitur,cùm læſis,velut compēſationis loco,tutior, & potior adiudicatur pars.[ſ] Atq; hinc,ſi quid fortè plus, minusúe in Pace,q̄ conuenire videatur,alter habuerit, id ne alienum ab Aequalitate iudicemus,pręſcriptæ rōnes ſuadent,quarū ſi ceſſet altera(ceſſat aūt nōnunquàm, vt ſuo loco reddemus[t])omne ſimul Aequalitatis dubiū ceſſat.Poſt hæc verò generalia,ipſa Iniurię definitio,ſignáque,& gradus ſunt capiendi.Nec ob id,ꝙ ſigna multa,& in plures gradus diſtincta fuerint, ſeorſum tñ vnicuiq; eſt prouidendum.Sed illud ſatis,ſi grauiori adhibitū remedium fuerit.[u] Qđ (ſi placet) periclitemur hoc exēplo.Conuicium,verbera,vulnus intuliſti mihi,nonne in Pace reſarcienda,quo leuamēto vulnus, eodē conuiciū, & verbera curabuntur? Cōiungendæ ſanè ſunt iniuriæ, vbi plures extiterunt,& quibus artibus maior extinguitur,iiſdē & minor.[x] Nàm quod attinet ad minorē,plus agitur,magis quàm aliud,[y] & qđ pluris eſt, vtiquè tanti eſt.[z] At quō iniuriæ definitio,atq; ſignificatio,& gradus hac in re ponderantur? Nimirū per oppoſita,& (vt tranſlato Ariſtotelis verbo vtar)per Repaſſionem,quæ in iniurijs æquali,& ſocio vitæ illatis perquàm iuſta eſt.[a] Definitio ergò ſic obuertetur. INIVRIA eſt praua ſignificatio.Remedium,quod rectū ſit,adhibebitur. Ea ꝑ ſenſum declarata fuit.Per ſenſum itē Pax declarabitur, ita vt ſermoni ſermo,res rebus rn̄deat.Ab animo iniuria venit,indè etiam fluet Reconciliatio. Spontè illa, hæc quoquè ſpontè. Et talia quidē ex parte eius,qui iniuriā fecit,requiruntur. At è diuerſo,queadmodū is, qui iniuriam paſſus eſt,ſenſu illam,& animo accepit, eiſdem ſic nuncijs pacificandi rationem accipiat neceſſe eſt. Quapropter qđ ad ſenſum pertinet,audire hunc,ſiuè conſpicere,& ſaltē per procuratorem adeſſe omninò oportet. Longè ſecus,ac aduerſario liceat. Neq; enim pōt iniu-

riæ

æquitas,humanitasq; patitur. VLCISCI *ſi quidem, &* HVMANITAS, *priuatam reſpiciūt vtilitatē,* POENA *&* AEQVITAS *publicam.*

[r] *l. Aut facta. §. fi.de pœ.l.ſi operis C.eo.Cic. de off. i. ibi Eſt.n. vlciſcendi,& puniendi modus.*

[ſ] *l.fin.§. pen. C. de fur.l.ſecundum naturam.de reg.iu.*

[t] *Cap. 14.*

[u] *Glo.in l.qui de crimine.in ver.Plurima.C.de accuſa. Angel.de malef. in in ver.Fecit inſultum.num. 2. Text. & Bar.in.l. illud. §.fi.ff.ad.l.Aquil. & in.l. Quoniam. C. ad.l.Iul. de vi pub.*

[x] *Argu.l. ſi fratres. §.ſi plures. Pro ſocio. l.Prætor.§.ſimili. de iniu.*

[y] *l.is,cui.in princ. Quemadmo.ſer. amitt.*

[z] *l.cùm furti.de in lit.iur.*

riæ princeps (ſi tertio gradu offendit, offendereúe conatus eſt) Procuratorē ad pacem conſtituere.[b] Cuius rei cauſſa non multò poſt dilucida fiet, ſed pauca antè dicenda ſunt. Opus eſt ergò inſuper, vt ſi fortè is, in quem collata eſt iniuria, pacis tempore ſurdus fuerit, res ei per libellum declaretur, quē vel ipſe per ſe, ſi gnarus fuerit legendi, placeatq́;, vel ſi id minus, per aliū, cuius fidē ſequatur, legat. Aut certè nutu, geſtibusq́; ſupplendum. Si captus oculis fuerit, omne illi conſiliū pacis narrari, & coràm autor iniuriæ ſiſti (ſi eius ſit neceſſaria præſentia) ita vt à cæco tangi poſſit, debet. Sin verò negociū per procuratorē expediri queat, ſatis cæco fuerit audire mandati formam, nec in eo decipi. Quòd ſi alio corporis vitio iniuriam paſſum laborare contingat, puta quia manibus æger, ſimusq́; in ijs caſibus, quibus Repaſſionis periculū is, q̄ re offenderat, ſubit, adhibēdus aliq̄s erit, q̄ ægroti fungatur officio, ſi quo modo in hoſtis perſonam ex lege Pacis animaduertere velit. Ac ſingula quidem gradatim tollenda ſunt impedimenta, quibus liber non eſt ſenſus. Quam ob rem in eiuſdem Repaſſionis caſibus, quorum modò meminimus, oēs omninò remouēdæ ſunt cauſſæ, quibus is, cui reſtituitur pudor, iure ſuo timidius vteretur. Locusq́; in primis tutus, & ab omni ſuſpitione vacuus eſſe debet. Dein nullus accerſendus potentior, quē vel futurum ſibi patronū is, à quo dedecus illatum fuerit, ſperet, vel is, à quo ſuſceptum, veneretur, ac reformidet. Quin hunc oportet ſubiectū ſibi aduerſariū prorſus habere, vt manus in illum (ſi voluerit) adferre poſſit, tātaq́; pœna afficere, quantū mos fœderis patitur. Stetq́; ſolus, qui ſe ſubijcit, ac inermis coram armato, & multis ſi placuerit, ſocijs ſtipato. Nec impunitas antè vllo modo promiſſa ſit. Nanq; hic potiſſimum publicæ diſciplinæ ratio nititur, ob idq́; nullus conſtitui procurator pōt, ne ex alterius delicto alter det pœnas.[c] Et quod attinet ad ius priuatum, reſarciri mihi damnū ab eo, qui nō læſit, nec pōt, nec debet.[d] Cumq́; (vt aſſiduè rōcinamur) in hmōi iniu-

 riis

[a] 5. Eth 5 Diu. Tho. in 2. 2 q. 61 ad fin.

[b] Arg. l. pen. §. i. de pub. iud. Gl. in. l. ſeruum. §. publicè. de procu.

[c] Contra. l ſancimus. C. de pœ. arg. l ſi pœna. ff. eod.

[d] Arg. l. Manumiſſiones. de iuſt. et iu. l. i. § i. de remiſſio.

riis vitãdum ſit præcipuè, ne quid impediat, quo minus is, qui iniuria prouocatus fuerat, ſenſu omninò libero ęquã prouocatori vicē rependere poſſit, quidnã obſecro magis impediat, quã ipſa prouocatoris abſentia? Atq; hæc de ſenſu. Animum verò, quē ſibi ſenſus coniunxit in perferenda iniuria, dicimus vnà cum ſenſu redintegrationē quoq; Pacis accipere debere. Quam ob rē illud ab eo potiſſimũ cognoſci oportet, quę fiunt omnia, iccircò fieri, vt in priſtinã æqualitatē cũ aduerſario redeat, ſeq; nunc eidē aduerſario pręſtare, ac omni ſubmota calliditate verſam eſſe vicem, vt qui intulit, ſufferat, qui fecit, patiatur. Quocirca cùm ille in iniuria paſſus ſit, & acceperit, nunc agit, & infert in Pace. Hocq; diſtat vnũ ab altero, ꝙ quamuis animus iniuriæ non conſenſerit, conſentiat tñ Paci neceſſe eſt, & quanquã inuitus pertulit, ſpontè tñ, & libens faciat. In totũ enim (vt Papinianus ait[e]) omnia, quæ animi deſtinatione agenda ſunt, non niſi vera, & certa ſcientia perfici põt. Paxq; præſertim volũtaria debet eſſe, alioq̃ nõ eſt vera Pax, vt huius operis ſecũdo capite cõmemorauimus. Et adijci argumentum põt, qm̃ vt omnia ſint æqualia in Pace, æquales etiã animos eſſe conſentaneũ eſt. Ac de definitione quidē, quēadmodũ cõuertatur, iã ſatis. Qđ ſpectat ad ſigna, nihil tã naturale eſt, quã eodē genere quodq; diſſoluere, quo colligatũ eſt.[f] Et quibuſcunq; modis obligamur, iiſdem ferè in contrariũ actis liberamur.[g] Verumq; eſt neque pacta, neq; ſtipulationes factũ poſſe tollere, vt factũ non ſit.[h] Perſpicuũ ergò eſt, prout quæq; iniuria re, aut verbis contracta fuerit, ita illã re, aut verbis diſſoluendã fore. Cæterùm huic ꝓnunciato Vindictæ gradus, quos nõ minus expendi debere diximus, accõmodãdi ſunt. Nàm qui vlciſcitur gradus, idē ad Pacē reſtituendam vim habet. Eo tñ diſcrimine, vt ſola nocendi facultas in Pace, damno ipſi, quod affert vindicta, cõparetur. Nec abſurdè. Nàm animus vindictæ cupidus, ꝙ non poſſit, nõ exequitur. Pacis verò ſtudioſus ſeſe ſpontè continet.[i] Quæ

eſt

[e] Reg. In totum. in fin.

[f] l. Nihil tàm naturale. ff. de reg. iur. c. omnis. extra eod. c. iij. & verum. de baptiſ. Gloſ. in ver Neceſſitate. Inſtit. de oblig. in princ. Ariſto. Phyſic. i. & 9 Eth. 3.

[g] l. Prout. de ſol. l. Autor. in prin. de teſte. tu.

[h] l. verum eſt. de reg. iur.

[i] Ariſto. 6. Eth. 1 1. Val. Max. lib. 6. cap. 6. in fin. ii. exempli.

eſt vera clementia (vt Seneca definiuit)[k] animi ſcilicet temperantia in poteſtate vlciſcendi. Et vt prǽclare Bias vnus ex ſeptem ſapientibus.[l]

Quod prudentis opus? Cùm poſſit, nolle nocere.
Quid ſtulti proprium? Non poſſe, & velle nocere.

Quam ſententiam Cicero his explicauit verbis.[m] Iugulare ciuem, ne iure quidem quiſquam bonus vult. Mauult enim cõmemorare, ſe cùm poſſet perdere, peperciſſe, q̃ cùm parcere potuerit, perdidiſſe. Iuuenalis verò.[n]

Qui volunt occidere quenquam,
Poſſe volunt. Et apud Ouidium Medea.[o]
Perdere poſſe ſat eſt, ſi quem iuuat ipſa poteſtas,
Sed tibi ſeruata gloria maior ero.

Extatq; Pittaci, quẽ in eodẽ numero ſapientum habuit Græcia, memorandum in hac re exemplum.[p] Cuius filium Cumis in tonſtrina ſedentẽ cùm Faber quidã ærarius impacta ſecuri occidiſſet, Cumani homicidã vinctũ ad patrẽ miſere. At ille, Melius eſt, inquit, ignoſcere, quã punire. Sicq; Fabro condonauit iniuriam. Rarũ Ethnici, maximeq; admirabile facinus, quo quid maius Chriſtianus p̃ſtet? Enimuerò, (qđ ait Polybius[q]) benignitate, atq; clemẽtia hoſtẽ ſuperare, quã armis excelſius eſt. Et autore Valerio,[r] Specioſius iniuriæ beneficiis vincuntur, quàm mutui odii pertinacia penſantur. Atq; hæc eſt ratio differentiæ, cur idem gradus aliter cõciliet, aliter vlciſcatur. Veriſſimumq; eſſe, quod diximus, cernitur quoties multæ ſimul inculcatę ſunt iniuriæ, ſufficere, ſi maiori medicamẽ adhibeatur. Nàm vt gradus ſuperior inferiorem ſub ſe ad vlciſcendum habet, ita & ad Pacẽ faciendam. Quocirca nulla à nobis iniuriæ ſpecies, quæ re ſimul, & verbis inferatur, admiſta eſt. Ex his aũt gradibus cognoſcitur etiam quędã facta ſic eſſe leuia, vt verbis in Pace non minus, ac in iniuria, compenſentur. Quapropter ſi quis digitos ad alterius contumeliam ꝑteruè complicauerit, pſonáue illum exuerit, cùm ventũ fuerit ad reconciliationẽ, ſat erit excuſatorio aliquo, & hono-

[k] *De clemen. ad Ner. lib. ij.*
[l] *Apud Auſon.*
[m] *Pro Quintio.*
[n] *lib. 4. Sat. i.*
[o] *In Heroid.*
[p] *Vide Schol. noſtra num. 158.*
[q] *lib. 5.*
[r] *lib. 4. cap. 2.*

honorifico ſermone iniuriam illam reuellere, ſeq; corrigere. Quis verò modus vbi fruſtrà me telo, aut manu petiuiſti? Hanccine iniuriã verbis Pacificator diluet? Et videtur quidẽ ex pſcriptis argumẽtis, cũ talis iniuria primum gradũ non exeat. Sed cõtrariũ verius. Oportet.n. iniuriæ autorẽ ſe credere aduerſario, quem tertio gradu offendere cogitauit, licet hæſerit in primo. Conatus ſiquidem ipſe atrociorem hanc præ cæteris eiuſdẽ gradus iniuriam fecit. Quare obuertendo (vt fieri debere oſtendi) idẽ periculum ſubeat is, qui iniuriam intulit, in pace, quod alteri in iniuria moliebatur, neceſſe eſt. Atq; hinc apparet (quod item ſupra dixi) nullam impunitatis fidẽ dari debuiſſe. Rerumq́ue eſſe viciſſitudinem, vt is ſufferat, qui intulit, qui fecit, patiatur. Quòd ſi contingat illum, à quo cæpta eſt iniuria, vi Pacis repungi, diſciplinæ id publicæ tribuendum erit. Quæ vis eſt enim (vt ait Cicero[f]) quæ magis arceat homines ab omni improbitate, quàm ſi ſenſerint nullum in delictis eſſe diſcrimen? Et vt Plato,[t] Pœnis maligni vexantur, non quia peccauerint (nàm quod factũ eſt, infectum eſſe non poteſt) ſed vt deinceps & peccatores ipſi, & qui puniri iniquitates viderint, iniuſtitiam odio habeant, aut ſaltem minus in ſimili vitio peccent. Idemq́ue alibi, [u]Cõuenit, inquit, vt qui plectitur, ab alio rectè puniente, melior fiat, & vtilitatẽ capiat, aut exemplo cæteris ſit, quò videntes alij malè affectum præ metu reddantur meliores. Tuncq́ue pręſertim (vt Claudius Iureconſultus monuit[x]) cùm nimium multis graſſantibus exẽplo opus eſt. Quare & Gellius.[y] Acerbitas plerunq; vlciſcendi maleficij benè, atquè cautè viuendi diſciplina eſt. Atq; hæ ſunt duæ illæ cauſſæ puniẽdi à Platone animaduerſæ, Νουθεσία, καὶ παράδειγμα, ideſt Cõmonitio, & Exẽplum, quibus ſi tertiã de mente aliorum Philoſophorum addere libet, poſſumus, Τιμωρίαν ſcilicet, quod eſt ſupplicium in honorẽ magiſtratus adhibitum.[z] His accedit argumentum à iuris ciuilis penu de promptũ, ſicut.n. qui ſeruum alienum, vt corrũperet,

[f] *Paradox. 3.*

[t] *xi. de legib.*

[u] *In Gorgia.*

[x] *l. Aut facta. in fi. de pœ.*

[y] *Noct. Att. lib. 6. cap. 14.*

[z] *Gell. eo. loco.*

peret, ſollicitauit, quamuis nullus ſequatur effectus, ſerui tñ corrupti actione tenetur,[a] ſic qui in alterum irruit, vt cæderet, tam etſi non ceciderit, puniri omninò debet, ne ex tali impunitate eiuſmodi facinus ab alijs haud quaq̃ inaniter pertentetur. Quæ eſt ratio in lege nominatim ſcripta.[b] At quæret aliquis, cùm ſolus conatus, tàm durè corrigatur, effectui quæ pœna ſat erit? Vltimũ certè ſupplicium. Hic ego nõ diſſimulo ſummã hanc eſſe coercendi ſpetiem, atq; rationem. Sed idem conſiliũ ad alterius perniciem inſtructũ, eodemq́; animo, & impetu ſignificatum, cur non itidem puniatur? Voluntatis quidem modus præſtari põt, caſus ictus nõ põt.[c] Et iacere telum voluntatis eſt, ferire fortunæ.[d] Voluntas ergò ipſa cohibenda. Neq;.n.(vt ſæpè dixi) fortuna dat formam iniuriæ.[e] Cumq; omnis iniuriæ ſignificatio in contrariam ſignificationem Pacis tempore cõmutetur, ſicut is, qui fruſtrà nocere conatus eſt, cùm iniuriã intulit, ſi potuiſſet, nocuiſſet, ſic alter debet ex aduerſo, vbi traducitur ad Pacem, poſſe nocere. Facultas aũt voluntate nocendi vacua in pace, damno, quod ab iniuria profectum ſit, cõparatur. Atq; hinc intelligere licet, quàm præclarũ de illis ſit, qui ſe nobis in pace ſubijciunt, benemereri, & quod optimus Poetarum cecinit,[f]

Parcere ſubiectis,

poſtq̃ vltionis acerbitate nil amplius adipiſcimur. Sunt tñ quædã officia aduerſus iſtos etiam ſeruanda, ita vt, qđ Adagio fertur, Ne quid nimis.[g] Impunitas.n.ad deteriora ſemper inuitat.[h] Et ſi res agitur cũ prauis hominibus, verum illud plerunq; euenit. Qui iniuriã fert veterem, nouam accerſit.[i] Atq; vt Cic.[k] Impunitatis ſpes maxima eſt illecebra peccandi. Expedit ergò Reipub. & ſingulis iniuriæ autorem, cùm Paci reſtituitur, in diſcrimen vocari, ac duobus præſertim caſibus plecti. Altero, cùm iactantior eſt, atque verboſior, ne glorietur ſe ex compoſito aduenisse ſecurum, aliaq; eiuſmodi prædicet, ac in vulgus effutiat obliqua, & permoleſta.[l]

Altero

a §. Vndè illud. Inſtit. de oblig. quæ ex deli. naſ.

b Doct. ad Bar. in l. damus in ver. Noceat. C. ad l. Cor. de falſis. Marſil. eleganter in l. Qui falſam. num. 10. cum duob. ſeq. ff. eod.

c Gell. lib 20. c. i.

d Cic. in Top.

e d l. Aut facta. §. Euentus. l. cogitationis. et ibi gl. de pæ. l. i. in fi. ad l. Pompe. de par. l. is, qui C. ad l. Cor. de ſic. Glo. in c. i. de præſump. Gand. de maleſi. ſub Rub. de pæ. reo. in i. & ij. col.

f Aen. 6.

g Ter. in And.

h Plut. in Rom. Apophth.

i Pub. Mim. in vet. Poet. ſenten.

k Pro Mil.

l Ariſt. 4. Eth. 7.

Altero, cùm nocturno tpe, clamúe aliter graſſatus fuit, quoniã qui magis occultè ꝓcedunt, ac inſidias faciunt, ij ſunt iniuſtiores.[m] Admonendi aũt ſumus Repaſſioně, quæ pro iniuriis facti in pace contingit, neutra ex parte iniuriam eſſe. Nàm qui referit, iure ſuo vtitur, qui refe-ritur, conſentit.[n] Caueat tñ referiens, ne modum præter grediatur.[o] Nequè enim vulnerandi, occidendiúe, aut crudeliter quicquam faciendi ius habet, vt ſuo loco latius ꝑtractabimus: Hanc verò lenitatẽ indulgeri ſibi maioribus in cauſſis is, qui fecit iniuriam, cogitet pro eo diſcrimine, qđ ſuo forte iudicio nimis graue ſubit in cauſſis leuioribus. Naturale eſt.n. vt damnis cõmoda, & cõmodis damna compenſentur.[p] Ac illud mea quidem ſententia ꝑmagnũ eſt iniurias facti omnes, vel maximè graues, ope tolli REMISSIONIS. Iam etenim remotiora nomina ſunt exuenda, & propinquis, ac præſentibus vtendum. Quoniam (vt ait Hylarius)[q] non ſermoni res, ſed rei ſermo ſubiectus eſt. Dari autẽ veniam mihi peto, ſi noua in re, ac prorſus militari nouo vtar vocabulo, & ad multitudinem militum accommodato. Poteram ſiquidem vſurpare Talionem, ſed obſcurius, nec omninò ſignificanter. Repaſſio Græcis melius ſonat, q̃ Latinis. Reſtitutio latiſſimè patet, magiſq́; diſtat à ſenſu. Nullum ex his cadit in conſuetudinem noſtram. Sicque alia pleraque nomina, quæ excogitari potuiſſent. Remiſſionem igitur appellabo iam liberè, deq́; ea proprium caput ſubijciam, ne cùm ſit materia inſignis, videatur penè neglecta.[r]

Remiſſio quid, curq́; ita vocata. Cap. IX.

REMISSIO eſt fictio ſuper iniuriis æquitatis cauſſa inducta, factum quod eſt, vt ſit infectum. FICTIO inquam, quòd facta quę ſunt, nullo modo contingat facta non eſſe.[a] Quod Gręco verſu teſtatus eſt Phocylides.

[m] Idem 7. Eth. 7

[n] l. i §. vſq; adeò. l. iniuriarum. §. i. de iniu.

[o] l. ſed et ſi. §. Prætor ait. vbi Bar. eo. tit. Glo. in. l. pen. ad fi. de arb. Doct. in l. vni. C. Ne quis in ſua cauſſa iudi. & in. l. ij C. de dot. pro miſ. Caſtren. in. l. Centeſimis. §. fi. de verb. oblig. Ang. de malefic. in ver. contra voluntatem. col. ii.

[p] l. eum, qui. de iureiur.

[q] c. intelligentia. de verb. ſign.

[r] l. item apud. §. ait prætor, ne quid. de iniu.

[a] l. in bello. §. Factæ. de cap. et poſtli. reuer. 32. q. 5. ſi Paulus. Bart. in. l. non dubium. col. 4. C. de legib. Ariſto. 6. Eth. 2. Chryſoſt. de ſacerdotio. lib. i. cap. 4. in fin.

Οὐκ ἔστι γὰρ δύναται τὸ πεπηγμένον εἶναι ἄτυκτον.

Et Agatho in Tragœdiis,

Μόνον γὰρ αὐτοῦ καὶ Θεὸς στερίσκεται,
Ἀγένητα ποιεῖν, ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.

Vtq́; aliàs diximus, fictio propriè contra veritatem inducitur.[b] SVPER iniuriis inquam gratia differẽtiæ, quò hæc fictio ab aliis dignoſcatur. Addo AEQVITATIS cauſſa inducta, quia ſine æquitate fictio non conſiſtit.[c] Hæc autem æquitas in ſedandis ciuilibus odijs lucet ipſa per ſe.[d] Quo circa Plato,[e] Melior eſt, inquit, iudex, qui reconciliatis leges conſcribit, quibus inter ſe ꝑpetuò amici futuri ſint, quiq́; tumultus vrbis componere ſtudet, quàm is, qui leges ad bellum, & illud externũ dare meditatur. Sequitur definitio. FACTVM quod eſt, vt ſit infectũ, id eſt vt is, qui iniuriã paſſus eſt, ab iniuria vindicetur, non quidem fingendo directè (vt Alciati[f] magiſtri mei Doctiſſimi, atquè eloquentiſſimi, cuius recordationi plurimũ debeo, verbis vtar) ſuper facto impoſſibili, videlicet iniuriam non eſſe factam, ſed illud præſupponendo, ideſt vt perindè æſtimemus, ac ſi facta nõ fuiſſet. Nequè enim aliter fingi aliquãdo poteſt. Nihil itaq; noui Remiſſio inducit, ſed agit id ſolum, vt partes in eũ ſtatum, vndè illas exturbauerant iniuriæ, reponat. Is autem ſtatus erat integer, & dignitatis plenus. Ergò ꝑ Remiſſionẽ ſua cuiq; dignitas ex integro reſtituitur.[g] Nec alter alteri præſtat, conceditúe. Nàm ſi quid deterius cõſtitui apparet, id totum (vt antè dixi) ad communem vtilitatem referri decet. FACTI prætereà mẽtionem habui, quòd in ſolo facto fundari fictio poſſit, quemadmodum Bartolus egregiè docuit.[h] Ex quo inoleuit cõſuetudo, vt illis dũtaxàt iniurijs, quæ re, ac facto collatæ ſunt, hmõi remedio ſuccurratur, tanq̃ verum ſit illud Plauti.[i]

Stultus es, Qui facta infecta facere verbis poſtules.

Cùm verò dictum ſit à nobis Remiſſionem eſſe fictionem, magna oritur dubitatio: Nec enim aliquatenus conſtat eam eſſe legis inuentum; Quare ſequitur, vt ſit

E fictio

[b] Gl. in. l. vni. §. accedit. C. de rei vx. actio. & in. c. ij. de arb. in. 6. Gand. de maleſ. ſub Rub. de præſump. & indi. dub. col. 6. num. 13 Ab. conſ. 71. num. 8. vol. i. Alex. conſ. 158. col fin. lib. ij.

[c] l. Deniq; ex quib. cauſſis maio.

[d] l. Aequiſſimum. de vſufr.

[e] de legib. i.

[f] de præſumpt. in i. par. num. 8.

[g] Argu. eius, quod Bart. not. in. q. ſua 9. Iudex per imperitiam. num. 3. ver. Quarto probatur ſic. Aliquid nõ eſſe ab initio. Facit. l. ij. in fi. ſi ex nox. cauſſa aga. l. eum. §. fi. de inoff. teſt. l. ſi maritus. C. eo. l. Dominus fructuario. de vſufr.

[h] in. d. l. verũ eſt. de reg. iur. et in. d. l. Non dubiũ. C. de legib.

[i] in Trucul.

fictio hominis. Homo aũt iuris regulis fingere prohibetur.[k] Quid dicendum?. Rñ. Veram eſſe iuris regulam, ac conſiſtere, ſed integrũ tamen eſſe homini, vt fingat in his, quæ nemini nocent.[l] Quantò itaq; magis, ſi ꝓſint vniuerſis, cuiuſmodi eſt Pax, & Recõciliatio, quęq; ad ſtatum vrbis, & ad æqualitatẽ ciuium cõſeruandam, ſiuè reſtituendam pertinẽt omnia? Ex eo ſanè, quod diximus partes in priſtinum ſtatum reponi (Remittere id paſſim nunc Itali vocant) Remiſſionis nomen, vt mea fert opinio, deſcendit. Neq;.n. aſſentior vel ijs, qui cenſent Remiſſionẽ indè dictam, ꝙ iniuria remittatur.i. concedatur, atq; dimittatur iurianti. Quo ſignificatu Vatinius ad Ciceronẽ,[m] Meam, inquit, animaduerſionem, & ſupplicium, quo vſurus eram in eum, quẽ cæpiſſem, remitto tibi, & condono. Lactantiusq;. DEO remittimus vltionem. Vel ijs, qui more magis vulgari interpretãtur Remiſſionem pro ſubmiſſione, ſuiq; ipſius in poteſtatem alterius conceſſione. Illa nanq; opinio nimis cõmuni ratione nititur, cùm in omnis generis reconciliationibus condonetur iniuria. Hęc parum Ethymologiæ reſpõdet. Remiſſio enim, vt eſt compoſita, iteratum actum notat.[n] Quod eſt ſuperfluũ in huiuſmodi interpretatione, quia is, à quo iniuria accepta eſt, nunq̃ ſe hoſtis voluntati per miſit (etenim iniuria non fit conſentienti, vt ſæpè dixi) nec contrà iniurians ſe vnq̃ tradidit aduerſario. Se ſe ergò nunc tradens primum exercet actum, quoniam Primum non illud tantùm, quod ante aliquid eſt, ſed etiam illud, ante quod nihil ſit, intelligitur, vt iuriſprudens Africanus perlepidè expoſuit.[o] Verũ poſtquã Præpoſitio illa, ex qua componitur Remiſſio, non ſemper denotat eius, qđ fit, repetitionem, imò plerunq; aliud ſignificat,[p] maternaque lingua quottidiè dicimus Remittere ſe in alium, qui ſe illi vtcunque credit, tanquam de manu ſua in alterius manum ſe transferat, [q] ad ſolidiorem aliam oppoſitionem tranſeo. Iniurians ſolus ſe hoſti dedit, & vt loquar de more vulgi, ſe remittit. Cui placet igitur,

vt

[k] l. & ſi fortè. de Caſtr. pec. Bart. in l. ſi is, qui. in. i. q. de vſuc.

[l] Guarn. poſt Crot. in Rub. de verb. ſig. q. 16. col. pen. ver. Non ob. ſecundum.

[m] Famil. 5.

[n] l. iij. §. Reficere de iti. actuq; pri. l. Plus eſt. & l. Reſtituere. de verb. ſigni. l. fi. vbi Alcia. eo. tit. Bar. in l. De pupillo. §. ſi quis riuos. de op. no. num.

[o] l. ex duobus. in princ. de vulga. & pup.

[p] Bar. in rub. ſol. matr.

[q] Eccleſiaſti. 15.

vt hinc Remiſſio deducatur,ei ab altera partium[r], atquè adeò ab infirmiore nomen imponit,alteram,& quæ præſtantior eſt,negligit. [r] Nonne autem melius, ſi cõmodè id fieri poteſt,ambas amplecti? Ita prorſus. Et hoc præſtat declaratio noſtra. Quam tamen non deerint fortaſſe,qui arguant,ꝙ & ipſa nimis latè pateat, cùm in cunctis reconciliationibus partes ad primum ſtatum redigantur. Sed his ego reſpondeo non eſſe abſurdum, vt vnum,idemq; nomen cõmune ſit,ac proprium,quemadmodum videmus in iure ciuili de Adoptione,[ſ] Manumiſſione,[t] atquè Nouatione,[u] & in Pontificio de Conſuetudine.[x] Præſertim cùm nomen ipſum ad id, quod dignius,& frequentius eſt,ſe contrahit.[y] Quę figura loquendi Antonomaſia vocatur, ſiue per excellentiam,[z] puta cùm Frumẽtum pro Tritico,[a] Vrbem abſolutè pro Roma,[b] ius Ciuile ſimpliciter pro iure Quiritum dicimus.[c] Sic Verbum eſt omnis omninò dictio, atq; idem reſtringitur ad nobiliſſimam,ſummeq; neceſſariam partem orationis.[d] Sic cùm omnis ſententia Enthymema dicatur,quia videtur ea,quæ ex cõtrarijs cõficiatur,acutiſſima,ſola nomen commune poſſidet.[e] Quòd ergò Remiſſionis nobilius ſit,atq; vſitatius remedium,propriore vocabulo,quod eſt alioqui commune cunctis reconciliationibus,nominatur.

[r] contra.l.Queritur. de ſic. homi. Por. Inſtit. Quib: mo.re contrah. ob. in prin.in.i not. Docto in l. imperium. de iuriſd. oím iud.
[ſ] l.i.de adop.
[t] l.ÿ. de off. pro conſ.& lega.
[u] l.i,de nouo.
[x] i.diſt.Conſuetudo.in fin.
[y] Glo.& Doct. in Rub.ſi cer.pet. & in l.certi.in princ. eo. tit.
[z] Alcia. de verb. ſig.lib.4.
[a] l.Frugem.§.i.et ibi Alcia. de verb. ſign.
[b] l.pen. de Senato.ff.&.C de offi. præſ.Vrb.Idem Alcia.in.l.ÿ.in princ. de verb.ſign.
[c] §. ſed quoties. inſtit. de iu. nat. gen. & ciu.
[d] Ariſt. περὶ ἑρμ. γ. Diom.de arte Grã. lib.i. Iſido .i. Ethimol.8.
[e] Cic.in Top.

Ipſam Remiſſionem nobiliorem, ſæpiusq; cæteris omnibus vſurpatam,quæ in Pacificationibus obtingunt. Cap. X.

CLEOBVLVM, qui enumeratur inter ſeptẽ ſapientes, ſolitum fuiſſe dicere accepimus.[a] Ne cui miniteris,eſt enim muliebre. Homerus verò, quem vt in alijs excellit,ita in hoc quoq; oculatiſſimum fuiſſe apparet,

Ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου (inquit) ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ.
Τῷ οὔ τι χρὴ μῦθον ὀφέλλειν, ἀλλὰ μάχεσθαι.

[a] Vide Schol. noſtra.num.187.

b Ilia. 16.
c Aen. 10.

Et Maro noſter, qui Homero proximus, aut certè par eſt, de Ligeris, & Aeneæ pugna ſic ait.[c]
Veſano talia latè
Dicta volant ligeri, ſed non & Troius heros
Dicta parat contrà, iaculum nàm torquet in hoſtem.
Virum igitur fortem decet manu promptiorem eſſe, quàm lingua.[d]

d Alcia. pro Caenin.

Q uòd ſi poſt conſertas manus aduenter, qui negocium Pacis ſuſcipiat, aliquis, erit ſanè potior ea curatio, quæ factis adhibebitur, quā quæ verbis adhibenda eſſet, nempè ob prętantiam factorum, & quòd verſetur in grauioribus.[e] Atquè hæc erit ipſa Remiſſio. Q uæ alia item ratione ſupereſt, vt quæ nullius dignitati obſit, cùm partes tamen ad ſummam æqualitatem reſtituat. Etenim quāuis alter poteſtati alterius ſe committat, nihil tamen turpè aduerſum ſe confitetur, ſed illud oſtendit ſolum, iniuriæ ſuę pœnitere. Q uod ſecus eſt in verbis, vt infrà dicemus. Ad hæc vel is, cui ſe credit aduerſarius, iure in illū vtitur ſuo, vel non vtitur. Et quamuis vtatur, nihilomagis honoratus efficitur, quia nimis exuperat, & (vt aliàs diſſeruimus) vlciſcendi facultas pro vltione eſt. Nec vlla fit ei, qui ſic plectitur iniuria, quoniam aſſenſus fuit.[f] Q uòd ſi dimittatur impunè, id egit ſolum, vt ſe periculo obiiceret. In verbis autem qui fieri poteſt, vt ſolum periculū adeatur? Hac ergò de cauſſa frequentior eſt Remiſſio, quippè cùm iniuriæ facti omnes hac medicina curentur. Dictorum verò, quotquot in ſecundo collocauimus gradu, medicamenti omnis ſunt expertes.

e l. aut facta. §. qualitate. de pæ. Sic Merum Imperium miſto, & ſimplici iuriſdictioni præſtat, quia circa grauiora verſatur. Doct. in. l imperium de iuriſd. omnium iud.

f c. ſcienti. de reg. iur. in. 6. Ariſto. 5. Eth 9.

Faciliorem eſſe in factorum, quàm in verborum iniuriis, pacificandi rationem. Cap. X I.

MIRVM herclè auditu, quod hìc præſcripſi, homines, vbi grauior, ac durior diſſidii cauſſa anteceſſit, ad æqualitatem, & Pacē facilius redigi, resq; medicabiles magis eſſe, q̄ verba.

Sed

Sed enim ita ſe veritas habet, vt ſuperioris capitis in fine diſſerui. Propterea q; longo illo ſermone, quem habui de modo reconciliandi, nihil in medium, quo grauioribus verbis conſuleretur, attuli, quia ſcilicet nihil cognoui. Vnica tantùm curatio leuioribus factis adhibita fuit, quam poſſis etiam verbis primi gradus applicare. Sequentis uerò gradus verba omni carent medio. Et ratio in promptu eſt, quoniã ſuper verbis fictio locum non habet.[a] Suntq; duo prorſus extrema, ac veluti fines, quibus omnis oratio continetur, de quibus Poeta.[b]

Eſt, & Non cuncti monoſyllaba nota frequentant,
His demptis nihil eſt, hominum quod ſermo volutet.

Quicquid igitur affirmando dicitur, vel negatur, aut verum eſt, aut falſum.[c] Si enim verbi cauſſa te nominauero Transfugam (quid reſpõderis, paruifacio) es, aut nõ. Si ſis, & ego bonus (quod naturaliter prçſumẽdum) diſſimilitudo noſtra iam elucet. Neq; ſi prius dicta refellam, æqualis tu mihi decore, ſed ego par ignominia tibi fuero.[d] Vitioſum eſt enim quicq̃ falſum aſſentiri.[e] Et quẽadmodum à prudente exigitur, ne mendacium dicat, ita à bono, ne mentiatur.[f] Hocq; ipſum mentiri eſt.[g] Quo me crimine ſi neruis omnibus aduerſus quemcunq; liberare cõtendo, nùm me in illud ſponte conijciam? Maius ſanè eſt dedecus, quod meis mihi verbis pario, quàm vt alius quiſquam inferre valeat.[h] Curandumq; eſt magis, vt numerus creſcat bonorũ, q̃ vt pari malitia ſe quis addat numero malorum.[i] Iiſdem autem rationibus ſi falſa obieci, reconciliari tibi prohibeor. Nã niſi aduerſer, palinodiamq; canam, tu cõſentire uideris.[k] Aduerſans verò id antè fateor, quod confiteri in præſentia abſurdum eſt, me ſcilicet mentitum fuiſſe. Quod mihi tàm turpe eſt, quàm ſi tùm ipſe mentirer. Obſtat & aliud præterea, ne ex æquo in verbis coire poſſimus. In factis enim (quod ſæpè ſcripſi) actio vertitur in paſſionem, ita vt qui alium iniuriæ tempore offendit, vel in diſcrimen adduxit, eidem offenſioni, aut ſaltem diſcrimini ſeſe offerat in pace

neceſſe

[a] Bar. in l. verum eſt. de reg. iur.
[b] Verg. in Epigram.
[c] Ariſt. in. i. part. Prædicam. cap. 5. & in. 3. par. in ſermo. de opp. Idem. i. de interpreta. 8. Cic. Tuſc. i.
[d] Boeth. de cõſol. Philoſophiæ. lib. i.
[e] Cic. in Acad.
[f] Gell. Noct. Att. lib. xi. cap. xi.
[g] 5. cap. 7.
[h] Argu. c. Beatus. in fi. 22. q. 2. & Pau. ad Gal. 2. in fi. Amb. i. de off. 4.
[i] 23. q. i. Paratus in prin.
[k] c. Nonne. de præſumpt.

neceſſe ſit, factumq; antiquum deletur ope Remiſſionis à facto recenti. Hic verò ordo in verbis non obſeruatur. Nàm ſi te Proditorem, aut Transfugam per iniuriam nominauero, mentitumúe fuiſſe reſpondero, tu Pacis tempore illas in me iniurias nõ retorques, verùm ipſe (quod aiunt) meo mihi iumento malum acceſſo, meq; iugulo meo gladio. [l] Nec prior ſermo ſequẽti tollitur, ſed vterque manet. Neque id communi vtilitati adſcribi poteſt quoniam illud indignũ ſequeretur, leuioribus pœnis grauiora crimina plecti, & contrà. [m] Manifeſtum eſt autem re grauius, quàm verbo, peccari. Sed vbi re illata eſt à me iniuria, perq; Remiſſionem Pax conſtituitur, me quanquam pulſes, nulla notas ignominia, nã ſpontè patior, magisq; eſt, vt tibi exæquer, potiſſimùm cùm te percuſſerim. Etenim, vt eſt in Carmine Heſiodi. [n]

Si quæ qui faciunt, eadem patiantur & ipſi,
Iudicium rectum valdè eſt, atq; exitus æquus.

Quòd ſi impunè abierò, ſatis ſuperq; conſtat meam mihi dignitatem incolumem eſſe. At verba, quibus vtor in Pace ad iniuriæ verba tollenda, patientem me non conſtituunt, ſed agentem conſeruant. Agentem autẽ noſſe, quid agat, oportet. [o] Ideò nulla eſt excuſatio, quin talia mihi verba officiant, quæ ſpontè, & ex certa ſcientia protuli. Sumq; mihi meæ turpitudinis autor. Nullus inſuper modus, quo ſolum in verbis periculum ſubeam, reperiri poteſt (vt ſuperiore capite dixi) ſed certam rem ſemper, & exploratam aggredior. Quare, cùm in certis fictio locum non habeat, [p] id, quod geritur, iniquum ſit ex altetera parte neceſſe eſt. Super his igitur iniuriis, quæ grauibus verbis illatæ ſunt, coagmentari non poſſe Pacem omninò cenſeo. Cõcordia ſanè, & charitatis vinculo deuinciendi ſumus, cùm propter CHRISTI diſciplinã, tùm ꝙ ſublato iure Duelli (qđ fit per alterius partis infamiã) qđ odiis tendatur vlterius? [q] Veſtrũ quippè eſt Reges, ſacriq; Paſtores, ſi adeò fixæ ſint ſtirpes inimicitiarũ, vt aliter diuelli nequeãt, veſtra illas autoritate cõpeſcere,

l *

m Aduerſus. l. Reſpiciendum. de pæ. Gl. fin. in. c. Non adferamus. 24. q. i.

n Apud Ariſto. 5. Eth. 5.

o l. in totũ omnia. de reg. iur.

p Alcia. initio lib. de præſump.

q Gell. noct. Att. lib. 6. cap. 11.

re,mutuumq; vobis conſiliũ,atq; adeò auxilium impendere,nec alicuius gratia,ſtudioúe cõmittere[r], quin carcere,exilio,anathemate,& ſi qua durior eſt multa, pſequamini illas,& radicitus amputetis,[r]ſtatuta in Paſtores pœna à ſecundo Innocentio,vt ſi in hoc opere DEI ſegnes inuenti fuerint,dignitatis propriæ damnũ incurrant.[ſ]Et memoria quidẽ teneo Doctores à Bartolo cõiter diſſentire,qui poſſe partes ad Pacem cogi arbitratus eſt prorſus.[t] Cæterũ eius opinio tribus caſibus auditur. Cũ diſcordia futura eſt pernicioſa Reip. Q đ ſemper ferè eſt. Vbi diu decertatũ fuit. Et quoties apud Iudicẽ ſupremũ, qualis eſt Cæſar,& Pontifex,cauſſa tractatur.[u] Sed occurretur fortaſſe nobis ab aliquibus exiſtimantibus Remiſſione poſſe verba deleri,ob eã cauſſam,ꝙ vindicandi facultas in pace pro vindicta eſt,atq; vno, & eodẽ gradu Pax,& vltio cõtinentur,& pluribus verbo,& re illatis ſimul iniuriis vna Remiſſio proſpicit,ergò & ſingulis ſeparatim proſpiciet.[x] At impar eſt remedium,ꝗñ quidem prout quæq; iniuria naſcitur,ita & perimi debet.[y] Multaq; accedunt,& conſequuntur,quæ per ſe reiicimus.[z] Ac manet ſemper regula,qua Fictio ſolis factis adhibetur.[a] Quamobrem quiſquis iniurioſum ſermonẽ Remiſſione abolere contenderit,is ad latam Faciendi ſignificationem confugiat operæpretium eſt,[b] Facereq; dicat eũ etiam,qui loquitur,nã & Verba facere dicimus,[c] & Dicere verbum actiuũ eſt,omniſq; oratio eſt quædã actio. Quo circa Labeo Actũ verbũ generale eſſe inqt,ſiue re, ſiue verbis quid agatur.[d] Nec ſequeretur tñ,ꝙ is iniuriã intuliſſe re diceretur,qui verbis cõtumeliam ingeſſiſſet, nàm odia coercenda,fauores ſunt dilatandi.[e] Sed has rõnes quicunque voluerit,probet. Ab hac ego ſententia longiſſimè abſum.Quãuis.n.Remiſſio fingat nullam anteceſſiſſe iniuriam,haud tñ põt,ſi verbo iniuria impoſita ſit,fingere ſimul iniuriam nullam anteceſſiſſe,atq; eandẽ veram non eſſe.Sic etenim ab vno fonte duæ manarent fictiones,& æquitati altera aduerſaretur.[f]

Verba

r Cõgruit.de off. præſi.l.Aequiſſimũ de vſufr.& his in locis Bar.Alex.in.l. col.4. C. vt q̃des. aduo.par. iud.ſuppl.Rom.cõſ.126.

ſ 90.diſt.c.Placuit.cũ trib.ſeqq.

t in.l.cõgruit proximè allegata.

u Marſil.conſ.98 col.fin.vol.2.

x ſ.cap.8.

y l.Prout.de ſol.

z l.In modicis.de contrahen.empt.l. Quædam.de acqui. rerum dominio.Iaſ. in.l.Diſtãtibũs.col. ij.C.de teſta.

a Bar.in.d.l.verum eſt.

b l.verbum Facere.& ibi Alcia.de verb.ſign.

c Cic.in Ver.& alibi ſæpè.

d l.Labeo.de ver. ſign.

e c.odia.de reg. iu.in.6.Oldr.cõſ. 14.col.2.ver.nec ob.qđ dicit Arch.

f Aduerſum.l.Deniquè.Ex qb.cau. maio.& l.poſtliminium.in prin.de capti.et poſtli.reuer.

Verba facilius factis irrita, nul'aq; Conſtitui. Cap. XII.

AT facta tamen ſic extollat nemo, quin ſua quoquè verbis ſit laus. Verborum ſi quidem peculiare eſt nulla fieri,& irrita. Quod vix vnquàm contingit in factis. Abuſiuè autem Iniuriam eam, quæ nulla redditur, appellamus, Teſtamentorum inſtar, quæ imperfecta ſunt, vel irrita, vel nulla. [a] Nequè tùm reſtitutio Pacis eſt neceſſaria, cùm ab ea diſceſſum nunquam fuerit. [b] Sic fit, vt quæ raro verbis aptari poſſit Reconciliatio, raro etiam vſu veniat. Cuius rei illa eſt ratio, quoniam cùm inuenta ſint verba, vt demonſtrent voluntatem dicentis [c], hæc voluntas ſæpè aliam, atque aliam recipit interpretationem. Ipſaq; verba tùm ex vſu, tùm ex proprietate, necnon per abuſum aliquando declarantur. [d] Nec quicquid dictum ſit, prius ratum habendum eſt, quàm ſi certa ſcientia, vel perſeuerantia apparuerit iudicium animi fuiſſe. [e] Ream etenim linguā non facit, niſi rea mens. [f] Facta verò, quanq̄ & ipſa voluntatem demonſtrent, ſi grauia, certaq; fuerint (de ambiguis,& leuibus mihi ſermo non eſt) nullam interpretationem admittunt, niſi prauam, ſuapte natura. [g] Vt autem res exemplis pateſiat, verba ex dicentis voluntate declarari ſic poterunt. Dixiſſe te contumelioſum aliquid mea cauſſa ratus mentitione me defendi. Tu mentem aperis tuam, qua nihil aduerſum me loquutū te fuiſſe teſtaris. Ego, qui aliter ſuſpicatus fueram, mentitionem aufero. Hic vltro, citroq; illæſa eſt dignitas, nec Recōciliatione eſt opus. Quę enim iniuriæ ſpetiem prę ſe ferebat, ex animo cognoſcitur iniuria non eſſe. Et ſine hoc exempli, dùm ſoluitur mentitio, demonſtratur planè, ſi quid dicendo fallar, poſſe me veritate cōperta ſine vllo dedecore mihi tandem ipſi refragari. Nàm citra voluntatem fallendi mentiri non potui. [h] Credulitasq; error eſt magis, quàm culpa. [i] Et fallere dedecus eſt, non falli. [k] Imò quid magis cōſentaneum eſt rationi, quàm veritatem

a l.ii.§. Teſtamēto. Quemadmo. teſta.ape.

b Inſti.quib.mod. teſt.infir. in prin. vbi Aret.

c 22.q.2.Is autē in prin.Ariſt. Peri.Her. Sect.i.

d Alcia. de verb. ſign.lib.i. in prin.

e Arg.l.ii.de cōſ.

f 22.q.2.Homines.

g l.i.C.ad.l.Corne.de Sic.c.i.de p̄ſump.Gand. de malef.ſub Rub.de præſump. & indi. indub.col. 8.num.8. ver. eſt etiam, & quintum eſt indubitatum indicium.

h d.c.Is autem.§. Nemo. Rom. conſ. 391.num.4.

i Plancus ad Cic. Famil.lib. x.

k c.Beatus in fi. & cap.ſeq.ea.q. Spec.de poſitio.§. octauo col.ii. ver. Item falſa.

tem cunctis rebus anteferre?[l] Hominis quidem non eſt [l] *Alcia. de mente*
exactam horis omnibus præſtare diligentiam, vt apud *Cic.in.l.Natura.de*
Homerum.[m] *verb.ſig.*
[m] *Odyſ. 3.*

Ἀλλ᾽ οὐ γὰρ πώς ἐστιν ἀΰπνους ἔμμεναι αἰὲν
Ἀνθρώπους.

Et vt Cicero,[n] Cuiuſuis eſt hominis errare, nullius, niſi [n] *Philip. 12.*
inſipientis, perſeuerare in errore. Recteq; Galenus,[o]
Venia, inquit, homini nato, & peccanti dari conuenit. [o] *De placi. Hipp. lib. 4.*
Sic è contrario (& hoc tertium ſit exemplum) quoties animo perturbato verba in alium iniurioſa protuli, nihil obeſt, quo minus illa irrita declarem, quòd animus tunc mihi præſens non fuerit.[p] Nequè iure id mihi vitio dabitur, cùm mentitus non ſim. Quin bonus, prudenſque non iniuria dicar, ſi de veritate magis, vt proximè dixi, quàm de mea ſententia ſollicitus malè emiſſum verbum reuocauero. Quod Ilia dos XV. hac vtens adſertione Neptunus præſtitit.

[p] *l. Sciendū. de ædil. edic. 22. q. 4. Definitio. Ariſt. 7. Eth. 2.*

στρεπταὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν.

Et Darij filius Xerſes imitatus id ipſum in Herodoti Polymnia fuit. Atquè hoc exempli genus verbis ab ira proficiſcentibus maximè conuenit. Quorum proprium eſt, vt irrita fiant, non vt eorum cauſſa reſtituatur Pax.[q] Quare Sophocles Oedipum Tyrannum, quòd inſimulaſſet Creontem, ſic excuſat.

[q] *l. iij. de diuor. l. Quicquid. de reg. iur. l. ſi filiã. C. de inoff. teſta. c. ſi quis iratus. 2. q. 3.*

Ἀλλ᾽ ἦλθε μὲν δὴ τοῦτο τοὔνειδος τάχ᾽ ἂν
Ὀργῇ βιασθὲν μᾶλλον, ἢ γνώμῃ φρενῶν.

Ariſtoteles verò.[r] Perrectè ea, quæ proficiſcuntur ab ira, non dijudicantur ex prouidentia fieri. Idemq; iuris eſt in corrigendis ijs, quæ quis magna vi doloris impulſus effudit. Qua ratione Mater inter eas perſonas eſt, quæ ſine calumniæ timore necem filij ſui vindicare poſſunt.[ſ] Eorum ſanè, quæ declarantur ex interpretatione, verborum plurima tradere exempla liceret, ſed vnum mihi tradidiſſe ſat erit, quale olim ex facto habui.

[r] *5. Eth. 8.*

[ſ] *l. 2. C. de calum.*

Nec petulantiam quidem ſcriptorum noſtrorum coarguat aliquis, vix eſt enim, vt cum venuſtate fiat, vel dicatur iniuria. Adoleſcens igitur quidam, dùm verbis cum viro contenderet (qui ſunt mores noſtri temporis) eò furoris deuenit, vt pudenda hominis nominaret. Digna illa eſſe Catamitis adoleſcentis ſimilibus vir reſpondit. Adoleſcens contrà virum hac de re mentiri. Ego ita pacem inter eos compoſui, vt vir declararet non quidem voluiſſe adoleſcentem Catamiti nota inurere, ſed Catamitos ea eſſe ætate, qua adoleſcens (ſic enim plerique ſunt) intellexiſſe. Hocq; pacto ad ætatem relata eſt ſimilitudo, non ad perſonam, maximeque propria, & verbis ipſis accommoda fuit,[t] ac ſublata prorſus mentitio, dempto videlicet fundamento. Mentitio nanq; reſponſio eſt, quæ ſemper ad prædicta refertur.[u] Iiſq; ſublatis conſequens eſt eandem ipſam tolli.[x] At Facta his tantùm caſibus irrita fiunt. Vbi aliquis à me deturbatus fuerit, qui hoc ſibi iniuriæ ducat, me id inuitum, imprudentemuè, & abſquè cogitatione iniuriæ commiſiſſe declarare potero.[y] Tale ſi quidem genus facti, cùm nullum graue detrimentum afferat, leue eſt, & quòd ſit anceps, in meliorem partem interpretandũ, vt aliàs docuimus. Atquè hæc cũ re ipſa conuenit interpretatio. Certa verò, & grauia facta ſic ex mente aliquãdo interpretamur, vt icto à me aliquo, vel telo per errorem petito declarem erraſſe me in perſona, cùm illum alium eſſe putauerim.[z] Sicq;, quod attinet ad perſonam, iniuria tollitur, nec opus eſt reconciliatione, quamuis manente offenſa pœnam Magiſtratus non effugiam.[a] Hincq; latè intelligere licet, quantum à nobis lex differat in æſtimandis iniuriis. Animaduerti verò ſummoperè decet has omnes interpretationes, quibus iniurias re, verbiſuè factas irritas reddere conamur, veriſimilibus aliis, ac planè credibilibus coniecturis munitas eſſe debere, nec vllam anteceſſiſſe diuerſam, aut contrariam eiuſdem iniuriæ interpretatio-

t c. cùm adeò, de reſcrip. c. in præſentia. §. Præterea. de proba. & ibi Dec. col. 7. Idẽ in l. Non hoc. col ii. C. vnde legi. Rom. conſ. 351. num. 9.

u l. De ætate. §. qd' aũt. de interr. actio. §. Præterea. Inſti. de inut. ſtipul. Iaſ. in l. Cauſſas. col. ij. C. d trãſac. Aug. in Euangelium Io. cap. 9.

x Reg. Acceſſoriũ in 6.

y Arg. d. l. i. in fi. C. ad l. Corn. de ſic. Marſil. ſing. 176. Text. in l. i. ibi. ſi tamen. C. ſi aduer. delic.

z l. iij. in fi. de iniu.

a l. cum qui. §. fi. eod. ti.

pretationem.[b] Alioqui ſuſpectæ fraudis viderentur.[c] Qua propter ſi quid à te expreſſum fuerit, quod ego cõtumeliæ loco poſuerim, teq; ipſe in alium inuectum fuiſſe teſteris, noſtrum id ſermonem ferre neceſſe eſt. Quod ex premiſſis, & ſubiectis, ac concurrentibus tùm verbis, tùm factis haud ægrè cognoſcitur.[d] Idemq; eſt, vbi te aliquid per errorem dixiſſe profitearis. Hic enim error probabilis eſſe debet, vt q a ſic publicè à multis exiſtimaretur, ex ſpectatæ fidei uiris audiueris, alienum ſit factum, & id genus alia, quæ excuſare errorem, ignorantiamq; iure conſueuerunt.[e] Quòd ſi calore dictum iracundiæ abrogare volueris, nulla perſeuerantia id à te ratum habitum fuiſſe oportet.[f] Sed reuocatum STATIM, id eſt vt ceciderit primùm ante capitales inimicitias cœptas.[g] Inimicitiæ nanquè nõ ſolùm iniurias non delent, ſed confirmant prorſus.[h] Quicquid alii dicant, quorum ſenteutias in foro nõ reprehendo.[i] Si te, quòd alium imprudens, vel inuitus impuleris, excuſes, neceſſe eſt exempli cauſſa nos anguſto in loco conueniſſe. Si per errorem verberaſſe, vel aggreſſum fuiſſe te quempiam adſeueres, locus [illegible] obſcurus, opaca nox, nullæ cum illo ſimultates, rarum hominis in eo loco commercium, oris, aut veſtium ſimilitudo tibi erunt adiumento, aliaq; eiuſmodi complura argumenta, quæ cauſſa poſita, quid in quaque conueniat, res ipſa docet, cùm interim nequè facile, nequè neceſſarium ſit tot de de rebus ſigillatim de vna qua[illegible]e explicare.[k] Verùm enimuerò putet aliquis, qua ratione verbis ab ira proficiſcentibus medemur, eadem poſſe nos factis mederi, irrita etiam facta declarando. Quod longè aliter ſe habet. Quare ſciẽdum eos tantùm actus propter iram excuſari, quos imminuto iure partis reuocare poſſumus, cuiuſmodi ſunt ſermones, in quibus perſeueratum non fuit, & quicquid deniquè à nobis geritur infra percuſſionem.[l] Semper autem diminutum manet ius eius, qui per-

[b] Doc.in.l.Quicquid adſtringendæ. de verb.ob.Bald.in l.De die.i prin.col. 3.Qui ſatis. cog.

[c] l.ſed Iulianus.§. Proindè.ad Sc.Maced.l: Poſt contractum. vbi Bart.de dona. Bald.in.l.ſed et reprobari.per cũ Tex.in prin. de excu.tuto.

[d] Old.conſ.8.Iaſ. conſ.5.col.3. in fi. vol.3.Ang.in.l.Iurisgen.§.Quod ſerè.de pac.poſt Inn. in.c. cùm M.de conſtitu.

[e] l. Regula.§.ſed facti. de iu. & facti igno.l.fi.Pro ſuo Rom.conſ.391.

[f] d.l.Quicquid.cũ ſim.de reg.iur.

[g] Gl.in.d.l.Iurisgen.§.Quinimò.de pac.Bar.in.l.legẽs in.ij.col.C.eo

[h] §.fi.inſtit. de in iu.

[i] Luc.de Pen.in.l. omnes omninò.C.de decurio.lib.x.Folier.ad Maran.in.i. diſt.iudiciorũ.num. 97.

percuſſus eſt',[k] nempè quod damno coniuncta fuit iniuria. Ergò per ſpeciem iræ deleri nequaquàm poteſt. Quin etiam quanta ad nequitiam feneſtra aperiretur, ſi ſciret vnusquiſque poſt illatas alteri manus ſolo iræ nomine ſe poſſe tueri, cùm nemo ferè non percutiat iratus, ita vt illi fides nunquàm non eſſet probabiliter adhibenda?[l] Poſtulat itaquè Reipub. vtilitas non alia ratione ictus, quàm Pace, aboleri, vel ope Remiſſionis, corrigendi ſimul, deterrendiq; cauſſa,[m] vel ſaltem venia, vt de re inconſultò facta, petita, cùm dici ſoleat iram, quæ ex iuſto dolore venit, quamuis delictum prorſus non excuſet, dignam eſſe tamen, ex qua pœna mitigetur.[n] Quod ipſe Pacis arbiter diſpiciet. Leuiora ſunt enim, quæ repentino aliquo motu accidunt.[o] Et iuſtus dolor in cauſſa eſt, ne petita venia denegetur.[p] Alioqui Remiſſionis medicamen per ea, quæ diximus, eſt neceſſarium. Demùm verò generaliter illud ſcire expedit, non omnem iram excuſatione dignam, ſed eam tantùm,[q] qua (quod eſt in conſuetudine ſermonis Latini) dicitur aliquis EXISSE EX POTESTATE,[r] iccircò quia non ſit in poteſtate mentis, cui regnum totius animi à Natura tributum eſt. Atquè hæc tàm vehemens perturbatio difficulter probatur.[ſ]

Quatenus Remiſſioni tribuatur, & an ei, qui ſe remittit, vlla vti defenſione aliquando liceat. Cap. XIII.

NONDVM verò abſoluta eſt Remiſſionis materia, ni perſpicuũ ſit, quatenus illi moribus indulgeatur, & an ei, qui remiſſioni ſe offert, facultas detur aliquãdo ſe iure defendendi. Quæ dubitationes ita cohærent, vt altera cognita vix altera poſſit in obſcuro eſſe. Quod igitur ſpectat ad priorem, dubium facit ea regula, qua legũ Doctores vnũquenq; pro alio ad ipſam vſq; necem obligari poſſe dicunt, quoties

k Sic Bonif. quoq; in materia maleficiorũ ak ſub Rub. de indi. col. ij. Aug. ad Ang. in ver. Qđ fama pub. præced. ſuper ea. q. An vnũ indicium, ſeu plura requi. Cic. de Inuentio. lib. ij.

l Fab. in. l. ſi nõ cõuicij. C. de iniu. Cagnol. in. d. l. Quicqd. num. 13. de reg. iu. poſt Imo. quem allegat in. c. cùm te. de re iudic. Bart. in. l. Qui ea mente. in fi. de fur.

m Dec. in. d. l. Quicquid. col. ij.

n S̄ cap. 8.

o Arg. corũ, quæ not. Iaſ. in l. ſi filiã col. ij. C. de inoff. teſta. Boer. Decis. 264. ad fi. ĩ. i. par.

p Cic. de off. i.

q Fab. in. d. l. ij. C. de calum.

r Doct. in. c. Dudũ. de conuerſ. coniug. Im. & Fel. in c. ſicut. de iureiu.

ſ Cic. Tuſc. 3.

t Ab. & Fel. in. d. c. ſicut. Dec. in. d. l. Quicquid. in fi.

ties voluntati hominis conſuetudinis vis accedit. Quapropter valere inquiunt conſuetudinem, vt fideiuſſor pœnam corporis ſubeat, quamuis id lege ſanciri non poſſit, quippè cùm deſideretur in lege cõſenſus hominis, qui pacto adhibetur.[a] Quòd ſi vitam alterius cauſſa ſuppono, mea quantò magis?[b] Ad hęc is, qui ſe in hoſtis arbitrium cõfert, peccauit ſemper, nec niſi meritas pœnas expectat, cùm fideiuſſor per ſe innocens alieni criminis ſucceſſor contra iuris regulas conſtituatur.[c] Adde Pacis fauorem, qui cùm ſummus ſit, nulla alia cõtractus ſpetie debet eſſe deterior.[d] Nàm & in iure loci ſunt ex comparatione, præcipueq́; vt quod in re minore valet, valeat in maiore.[e] Aduerſus tamen hæc argumenta leges pugnant, neq; ſui facultatem aduerſario facere quenquam permittunt.[f] Et eſtò moribus condonandum aliquid eſſe, cauere nihilominus, ne modum excedat, aduerſarius debet.[g] EXCEDERE MODVM is intelligitur, qui cutẽ ſcindit, oſúe perrumpit.[h] Colapho igitur, vel fuſte leuiter attingere nemo prohibetur. Quin omnia licent citra vulnus, debilitationem, mortis diſcrimen.[i] VVLNERIS autem appellatio Ictum omnem, quem curari ſectione oporteat, comprehendit.[k] Et hæc quidem damna nullus ſibi infligere poteſt, cùm nemo ſit dominus ſuorum membrorum, ergò nec alteri demãdare.[l] Nequè me mouent obiecta, tanq̃ voluntas hominis, & autoritas conſuetudinis adiungantur. Hanc etenim cõſuetudinem, tamq́ue latam nego. Quòd ſi qua eſt, certis finibus cõtinetur, nec vltrà, citràue (vt mox dixi) progrediendum. A Remiſſione verò Fideiuſſio quantum diſtat? Hanc probat lex, illam improbat. In hac Iudex,[m] in ea priuatus ſibi ipſe ius reddit. Quod vel nequit omninò,[n] vel boni duntaxàt viri arbitratu,[o] nec maiorem dante autoritatẽ habet,[p] & Sequeſtri (quod aiunt) Trãſactoriq́; Pacis ſimilior eſt, quàm Iudici.[q] Hoc amplius quòd fideiuſſor ſub conditione, quæ incerta eſt, obli-

a Dec. in. c. ij. de conſtitu.
b l. Præſes. C. de ſer. & aqua.
c l. Crimen. de pœ.
d Suprà cap 2.
e Aut. Multo magis. C. de ſacroſan. ecc.
f Bar. in. l. i. §. vſque adeò. in fi. de iniu.
g Idem Bar. in l. ſed & ſi. §. Prætor ait. eo. tit.
h Ang. de malef. in ver. cõtra volũtatẽ.
i Bar. in. l. ij. num. 2. de dot. promiſſ.
k Idem Bar. in. l. Prætor edixit. § fi. de iniu.
l Idem in. d. §. vſque adeò.
m l. ii. in fi. l. Quippè. de iud.
n l. Qui iuriſditioni. ff. de iuriſd. omnium. iud. l. vni. C. Ne quis in ſua cauſſa iud.
o Bar. in. d. l. ſed et ſi. §. Prætor ait. Hic Iudex. Ἔμψυχον δίκαιον, ideſt Animatum ius dicitur. Cæl. lectio. antiq. lib. 12. cap. 46.
p Reg. Nemo plus iuris. in. ff.

 gatur,

gatur,nimirùm ſi reus pacto non ſteterit. Qui verò ſui facultatem aduerſario tribuit, is protinus,neceſſarioq́; remanet obligatus.Incerta autem,& quæ pendent à futuris caſibus,quamuis alioqui iniuſta, facilius tolerantur.[r] Aſtruitur his odium priuatæ vltionis, quo Remiſſio nunquàm vacat,cùm idem à lenitate Pacis ſit alieniſſimum.[ſ] Vtq́; ſupremæ reſpōdeamus obiectioni,quamuis digna fauore ſit Reconciliatio, haud tamen faciēda ſunt mala,vt indè eueniant bona.[t] Quin ſi ſubiectum tibi hoſtem interficias,qui cum reconciliabere? Cum eóne iam mortuo,an cum propinquis,& heredibus,quibus iniuria cōmunis eſt? Ne igitur in abſurdum incidamus eiuſmodi, cui ſe dedit alter,eiuſdem reſtringimus arbitrium,nec vt modum excedat,patimur. Quòd ſi exceſſerit,excedereúe conatus fuerit,iuſtè illi obſiſtimus, nosq́; ipſos ab iniuria vindicamus (qui fuit alter quæſtionis noſtræ articulus) quē ad modum Iudici quoq; de facto procedenti permiſſu legis obſiſteremus.[u] At noua exoritur quæſtio. Cùm enim VOLVNTATIS ſignificatio latiſſima ſit,[x] tunc ſaltem videtur conceſſum necis arbitrium,cùm hoſtis Voluntati ſe quiſpiam tradidit. Et in hanc ſententiam Caſtrenſis iuit.[y] Quam licet generaliter nec auſim improbare,nec velim,in Remiſſione certè nullatenus probo. Nàm manet ſemper inuicta ratio, ne modus excedatur,& neminē plus iuris in alium transferre poſſe,quàm ipſe habeat. Quod & humanius eſt, atque benignius,[z] & Ciceronem habet adſtipulatorem, cùm dicit.[a] Voluntas eſt, quæ quid cum ratione deſiderat.

Ex quibus cauſſis intermittatur publica vtilitas. Cap.XIIII.

NVNC, quæ ſint cauſſæ prætermittendæ vtilitatis publicæ differendum. Priuata intermittitur nunquàm, eò quòd is damnū ſemper accipiat, in quē cōfertur iniuria,& vt charta ſcriptioni, pictu-

[q] *Bal.in c.i. §.inter pares. de lege Conra. Alcia.de præſump. Reg.3. Præſumpt. 35.in fi.*

[r] *l.i.C.de pac.*

[ſ] *Reg.odia.in.6.*

[t] *c.Q̄d ait.diſt.14. c. Faciat. 22.q.ij. c.Fort è. 14.q.5. c.ſic non. 32.q.4.*

[u] *l.Defenſionis.C. de iu.fiſ.lib.x. Iaſ. Deciusq; in l. vt vim.de iuſt.et iu. Doct.in.l.ij.de app. recip.*

[x] *l.ſi ſic.de leg.i. l.cū quidam.ſeq.tit.*

[y] *in.d.l.cū quidā.*

[z] *Pet. Gbe.ſing.6.*

[a] *Tuſc.4.*

picturæúe tabula,ita is iniuriæ ſubiacet.Duæ ſunt igitur cauſſæ,ex quibus præſertim publica vtilitas poſthabetur. Altera,cùm æquis uiribus decertando læſus eſt aliquis.Ab hoc enim cœpiſſe iniuriam vel lex ipſa coniicit. Nec communicato ſemel periculo, vt æqualitas fiat, eſt amplius quicquam experiundum.[a] Altera cùm damnū is, qui palàm prouocauerat, accepit. Maximè ſi prouocatus non ex interuallo, ſed ex cōtinenti ſeſe defendit.[c] Etenim à natura tributū eſt,vt nos,vitam,corpusq; tueamur.[d] Atq; his,& conſimilibus cauſſis à publica vtilitate fit intermiſſio,iniuriaq; minus propriè iniuria dicitur, cùm iure permittente fiat,[e] & per hoc,vbi ventū ad Reconciliationem fuerit, à Remiſſione vacatur. Debebit porrò venia peti Marco ipſo Catone autore,[f] qui parē eſſe cōpulſi,& imprudentis cauſſam cenſuit,vt ab vtroq; ſi offenſum fuerit,venia petatur,nosq́;de imprudēte plura ſuprà tetigimus. Verba Catonis ſunt hæc in Aulum Albinum. Næ tu, inquit, Albine nimium negator es, qui maluiſti culpam deprecari, quàm culpa vacare? Nàm petere veniam ſolemus,cùm vel errauimus imprudentes, vel compulſi. Petetur ergò venia,& iure impetrabitur,ſeu manifeſtè compulſus quis fuerit,ſeu per legis coniecturam. Cùm verò non deſint,qui hęc transferant ad alias facti ſpecies,putentq́; propter ius ſanguinis agendum eſſe mitius inter coniunctos, quàm inter extraneos, ſi reconciliatione ſit opus, minuenda eſt hæc opinio. Neque enim agendum eſt mitius cum eo, qui grauius peccat.[g] Et conſtat quidem ius humanitatis violari, à quocunque homine iniuria fiat,ob cognationem illam,quam inter omnes homines natura conſtituit.[h] Sed cùm plures ſint gradus huius cognationis,atq; ſocietatis, arctior multò eſt colligatio propinquorum,quę ab immenſa illa ſocietate humani generis in exiguum, anguſtumq́; concluditur.[i] Propterea multum intereſt, an homini iniuria noceatur,an contumacia iuris,& ſangui-

nis

[a] *Gl.in c.i.de purga.vulg.*

[b] *l.Qui cū maior. §.ſi libertus.de bo. lib. Marſil.cōſ. 60. vol.i.*

[c] *l.i.§.cùm arietes.ſi quadr. paup. fe.dica.Fab.in inſtitutio.de iu.nat.gen. & ciu.§.Ius autem gentium. in vlt. col. Alcia.de præſump. Reg.3.Præſum.39.*

[d] *Cic.de off.i.*

[e] *l.i.ī prin.de iniu.*

[f] *Apud Gell.Noct. Att.lib. xi.cap.8. Macrob. Saturn.i. in fi.Proem.*

[g] *c.Quæſiuit. & ibi Gl.fi.de iis, quæ fi.à maio.par. cap. Dec.in.c.At ſi clerici. in prin. col.4. de iud.& in.l.ſi familia.in.3. not. de iuriſd.omniū iud. Tex.in.l.vni. ver. Et oportet acerbius C.de rap.virg. Oldra.cōſ.13. ibi. Et ratio poteſt eſſe.& cōſ.vlt.ibi.Tunc.n.*

[h] *l.vt vim.de iuſt. & iur.*

[i] *l.i.C.de īpo.luc.*

proximus vulnerati, qui curam eius ſuſcepit, non qui neglexit, [f] ſic nobis cenſendus eſt ille propinquus, qui beneuolentia, & charitate, nõ modò ſanguine, propè accedit. Neq; hinc abeſt Salomonis ſentẽtia, qua litem fœminarũ de puerperio concertantiũ ſic diremit, vt mãtrẽ eã eſſe iudicaret, quã pietas, amorq; matrẽ eſſe declarabãt.[g] Fauent leges cognationi, dùm mutuo ſe amore proſequi cognatos credunt. [h] Magnum eſt.n. eiſdem vti ſacris, eadem monumenta maiorũ, ſepulchra habere cõia. [i] Vbi palàm iniuriæ exarſere, quid amplius faueãt, vel credãt? Verſantur.n. in claris. [k] Atq; profectò ſic mihi perſpicere videor, vt non aliã ob cauſſam doctiſſimorũ virorum ingenia, legumq; ſanctiſſimarũ latores amicitiæ nomen vbiq; prætulerint, niſi ꝙ certiorẽ hanc beneuolentiæ normam Ducem ſemper habuere. Quod à me item alio libro explicatum fuit. [l] Quanti vero facienda ſit inter coniunctos iniuria, magis q̃ inter extraneos, vel ipſe Iuſtinianus docet, [m] cũ paternum arbitriũ in bonis filiorũ aduentitijs reſtringit, ne vel ad extraneos illa transferri cũ dolore ſentiant, vel ad fratres ipſos, qđ (inquit Textus) grauius multis eſſe videtur. Si.n. rei cauſſa tãtoperè flagrãt, pro dignitate quantò magis? [n] Rectè ergò Sophocles deſipere eum, qui putat ab ſe cognatum impunè affectum iri iniuria dixit his verſibus. [o]

Εἴ τοι νομίζεις ἄνδρα συγγενῆ κακῶς
δρῶν, οὐχ ὑφέξειν τὴν δίκην, οὐκ εὖ φρονεῖς.

Calliſtratusq; Iuriſconſultus, [p] omnia, inquit, admiſſa in patronum, patroniúe filium, patrẽ, propinquum, maritũ, vxorem, cæteraſq; neceſſitudines grauius vindicanda ſunt, quàm in extraneos.

Operis concluſio, & cur in Reconciliatione ora, manusq; & dextræ potius, quàm ſiniſtræ iungantur.
Cap. XV, ac vltimum.

Quod

[z] *Alberi. in l. ſed et hæ. de procu.*
[a] *Alcia. de præſump. Reg. i. Præſump. 28. in ij. col.*
[b] *Cic. de off. i. Val. lib. 4. cap 7.*
[c] *Cic. de amici.*
[d] *§. ſed naturalia Inſtitu. de iur. nat. gen. & ciu.*
[e] *Arg. ex comparatione.*
[f] *Luc. 10.*
[g] *5. Reg. 3. c. ij. de præſump.*
[h] *l. cũ ſeruus extero. Manda.*
[i] *Cic de off. i.*
[k] *Continuus. §. cũ ita in fin. de verb. oblig.*
[l] *Indagationũ iuris lib. i. cap. 33. Cic. in Læl.*
[m] *in l cùm oportet §. i. C. de bon. quæ lib.*
[n] *Cæp. in ciuilib. conſ. 17. col. 3. ibi Et tantò aſperiorẽ. Gand. de maleſ. ſub Rub. de aliq. quæſt. var. in prin.*
[o] *In Oed. Tyr.*
[p] *in l. capitalium. de pæ.*

QVOD Paces, ac fœdera claudit, idē huius operis futurum eſt extremum. Manus itaq;, & ora iunguntur, vt animorū coniunctio, atq; redintegratio cognoſcatur his ſignis. Nec vllū quidem hominē arbitror eſſe, qui neſciat manū pignus eſſe fidei, amicitiæ, fœderis, ac pacis. Quo circa Homerus de Neſtore, & filijs, deq; Telemacho, & Pallade ſic ait.[a]

Χερσίν τ' ἠσπάζοντο, κὴ ἐδεικάασθαι ἄνωγον.

Et mox de Solo Neſtore.

Ἀμφοτέρων ἕλε χεῖρας.

Vergilius verò de Pallante ad Aeneam.[b]

Egredere ò quicunq; es, ait, coramq; parentem
Alloquere, & noſtris ſuccede penatibus hoſpes.
Accepitq; manu.

Et Plautus colloquente virum Alcmena.[c]

Et manum prehendi, & oſculum tetuli tibi.

Quin manus miniſtræ ſunt rationis, & mentis.[d] Ex quo intelligere licet nō temere, neq; fortuitò, ſed prudēter, ſcienterq; rediri in gratiam, & hoc eſſe virtutis opus. Ipſa præterea palmæ cutis, quæ tangitur, ꝙ leuior ſit, ac moderatior præ cæteris corporis partibus,[e] id innuit, adeſſe iam temperātiam, ſedatasq; animi perturbationes eſſe. Oſculo verò liber, ac voluntarius eorum, qui in fœdera veniunt, conſenſus exprimitur.[f] Adde, ꝙ iiſdem ſignis repræſentanda eſt pax, quibus antè iniuria repræſentata fuerat. Re nempè, & verbis.[g] Vt qui ſe odio conſectati ſunt, amore ſe poſthac proſequuturos fore cognoſcant, ore, ideſt verbis, & manu, id eſt factis. Dextraq; hinc indè confertur, ꝙ eam Fidei Numa ſacram eſſe conſtituit,[h] quodq; per eam veteres, tanq̄ per Numen aliqđ iurare conſueuerint.[i] Auſpicium ſubindè fœlicius ſemper à dextra[k] (nàm quāuis Latini à Græcis, & Barbaris diſſentire videantur,[l] cōueniunt tñ autore Plutarcho,[m] & Seruio[n]) Quare Vergilius in dextra Elyſios ſtatuit,[o] dextramq; idem Fortunā, hoc eſt meliorem appellauit,[p] &

a Odyſ. 3.
b Aen. 8.
c In Amphitr.
d Cæl. lectio. antiq. lib. ii. cap. 33.
e Auicen. de complexio. membroꝝ cap. 2.
f Cæp. in ciuili lib. conſ. 1. col. 4.
g Suprà cap. 6.
h Liu. Dec. i. lib. i.
i Ter. in And.
k Luc. i.
Xenoph. de Cyri Pædia lib. ii. Cæl. lectio. antiq. lib. 8. cap. 39.
l Cic. de diuina. lib. ii.
m In Problem.
n in ii. Aen.
o Aen. 6.
p Aen. ii.

& Herculem, quò propitius eſſet, his inuocauit verbis.[q]
Et nos, & tua dexter adi pede ſacra ſecundo.
Ille verò idẽ Hercules (vt eſt apud Xenophontẽ[r]) cùm primùm pubeſceret, dextrum iter, nimirùm virtutis ingreſſus eſt. Et dextro pede Iuuenalis ait,[ſ] quod eſt læto omine. Quid quòd ſtare DEVM à dextris inquit ſæpe ſcriptura,[t] cũ adeſt, fauetq́;? Et ſedere dicitur CHRISTVS ad dexteram patris,[u] ad quam ſimiliter boni omnes vocantur,[x] nempè ad beatitudinẽ?[y] Iubemurq́; vt neſciat Siniſtra noſtra, id eſt Ambitio, q̃d faciat Dextera, quæ eſt Charitas?[z] Ad ſummã (ne agã de ſingulis) Natura omnes motus orditur à dextra,[a] vt quæ dignitate,[b] robore, firmitate, prõptitudine pręſtet,[c] ſitq́; ferendis auxilijs apta potiſſimũ. Quam ob rẽ Vergilius.[d]
Da dextram miſero.
Ex aduerſo verò Siniſtræ nomẽ (ſeu mauis Læuæ, qđ attinet ad hominũ actiones) malum, & infœlix quoddam, ac mutilum præ ſe fert, vertiq́; ferè omnia in oppoſitũ poſſunt. Qua in re ſatis fuerit illud Apuleii.[d] Siniſtro pede profectum, id eſt malo omine.
Vergiliiq́; repetitum Carmen.[e]
Si mens non læua fuiſſet.
Hoc eſt infirma, & parũ prudens. Haud tñ negarim tunc iungi ſiniſtras poſſe, cũ alter ſcæua, mãcus, ambidexterúe fuerit, ſeu dextra vtcunq; imbecilli.[f] ATQ uè hæc habui, de Priuata Recõciliatione quę ſcriberem, cũ interim prętereundum ſilentio nõ ſit has dextræ, & oſculi ceremonias neq; paſſim, neq; ſemper, neq; ab omnibus exigẽdas eſſe, verũ ab iis tantũ, qui ſtricto, militariq́; more in gratiã redeunt. Cæteri ſuopte arbitrio vtuntur.[g]

Sit gloria Domini in ſeculum. Amen.

FINIS.

[q] Aen. 8.
[r] lib. memorabilium. ii.
[ſ] lib. 4. Sat. i.
[t] Pſal. 15. 108. 109, & 120. atq; bis ĩ locis Euthym.
[u] Marci. vlt.
[x] Matth. 25.
[y] Iſid. de ſum. bo. lib. i. cap. 16. in fi.
[z] Matth. 6.
[a] Ariſtot. de animal. inceſſu.
[b] Gen. 48. Prouerb. 3. Ariſt. eo lib. de animal. inceſſu. Cæl. lectio. antiq. lib. i. cap. 2.
[c] Ariſt. 5. Eth. 7.
[d] Aen. 6.
[e] lib. i. de Aſi. aur.
[f] Aegl. i. & lib. Aen. ii.
[g] c. Nemo põt. i. c. in argumentum. de reg. iur. in. 6. Pet. Ghe. ſing. 100.
[h] Spec. de treu. & pa: col. i. ver. Item not.

945,455

Digitized by Google